
Ioannis Gilloti Brie-

NENSIS, CAVSSARVM IN SV-
prema Pariſiorum curia patroni, De Iuriſdi-
ctione & Imperio libri duo, ad Do. Fran-
ciſcum Oliuarium Alenconicum
Cancellarium.

Eiuſdem, Iſagoge in iuris ciuilis ſanctionem.

Francisci  Oliuerij Romani

Vænit O. Mallardo Regio Typographo ac
librario, Sub ſigno Vaſis Effracti.

PARISIIS.

Cum Priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

1563.

S. Andrea della Valle.

Digitized by Google

SVPREMAE PARISIORVM curiæ decretum.

COnceſſum eſt Oliuario Mallardo Regio typographo ac librario, hos duos de Iuriſdictione & Imperio libros, & eum cui titulus eſt, Iſagoge in iuris ciuilis ſanctionem, excudere, vænaleſq; proſcribere, cæteris autem omnibus calcographis ac bibliopolis interdictũ, aut excudere, aut ab alio quocunque excuſos vænum proponere, idque intra proximum quadriennium.

Sanctio.

Siquid aduerſus ea factum erit librorum publicatione, arbitrariaque mulcta vindicabitur.

Digitized by Google

Domino Franciſco

OLIVARIO ALENCONICO Cancellario Regiiſque libellis præfecto. Io.Gillotus. S.

EA eſt fortaſſe libelli noſtri ratio(clariſſime Cãcellarie)vt vel ſolius cõmentarii nouitate nõnihil cõmẽdari, ſatiſque auſpicato in publicum prodire poſſet, ſiquidem ſatis maturuiſſet. Proptereaque rectum imprimis illud mihi cõſilium videbatur, aut vt otiũ illi darem, aut vt anonymũ planeq; ſpurium ederem, ac veluti exponerem. Verũ ego neutrum ab æqualibus commilitonibuſq; meis impetrare potui. Hi autem ſunt, aduleſcẽtes (ita me dii bene ament) non ſolum iuris vtriuſque prudentia nõ vulgariter inſtructi, ſed reliquarum etiam humanarũ artium diſciplinis perpoliti: quorum frequẽtia ac ſplendore celeberrima hæc totius orbis curia non parũ ornatur. Cauſſificãtur enim, nec diutius premendum eſſe libellum, ne eius interuſurio multi careant, quibus illũ in vſu fore ipſi exiſtimant, nec ita exponẽdum, id enim inhumanum paricidioque ſimile eſſe. Quare cum me (quanuis non tam eorum rationibus quam vi) victum viderem, celeberrimo nomini tuo illum nuncupaui, cuius patrocinio fretum, & tuto & auſpicato in publicum proditurum eſſe credidi. Nam cuius patrocinio tutius niti poſſit, quam eius qui & clariſſimis natalibus, & ampliſſimis tum facultatibus, tum honoribus ornatus, denique non ſolum iuris vtriuſque, ſed reliquarum etiam omnium bonarum artium literis

inſtructiſſimus ſit? cuius authoritate potius, quã eius qui vel apud ipſos principes præcipuæ ſit authoritatis? cuius fauore fœlicius, quam eius qui bonarum literarũ ſtudioſis omnibus ita faueat, quãuis tot alioqui iiſdemque publicis negotiis diſtrictus, vt illis ſolis ſtudere videri poſſit? Ecquis enim eſt qui non vel rectiſſime de libelli editione ſperet, quem certiſſimũ eſt, vel in ſolius patroni gratiam, gratiæ apud omnes plurimum, inuidiæ vero nihil conſecuturũ? Illum igitur (qui ingenii mei primitiæ ſunt) tibi do, dico, addico, atque his maxime auſpiciis, vt patroni in hac certe parte lectores ſimiles nanciſcatur, qui videlicet non ſolũ iuris ciuilis, ſed reliquarum quoque diſciplinarum ſtudia, harum quidem minore, illiusvero maiore cura, tueantur ac proſequantur. Hos enim æquiſſimos iudices agnoſco & accipio, cæteros eiuro. Vale. Pariſiorum Luteciæ Calend. Nouemb.

Digitized by Google

INDEX EORVM quæ in his duobus libellis continentur.

A

ACtio in factum aduerſus nautas caup.ſtabo.cur a prętore introducta ſit lib.1.cap.7.no.2.
Actio quod iuſſu a mãdati actiõe quomodo differat.lib.2 cap.4.nu.4.
Actiones accuſationeſque omnes ſimplicis iuriſdictionis eſſe.lib.2.cap.16.numero.1.
Addico prætorium verbum.lib.2.ca.6.nomero.5.
Adoptionis verbum generaliter & ſpecialiter ſumi.lib.2.cap.2.no.3.
Aetatis veniam dare mixti imperii non eſſe.lib.2.cap.11.nu.2.
Aediles corules iuriſdictionem ſine imperio habuiſſe.lib.2.cap.19.nu.4.
Alciati de mero imperio diffinitio, lib.1.cap.5.no.3.
Allegorias in diffinitionibus non admitti.lib.1.cap.7.nu.4.
Alta, media, & baſſa iuſticia in conſuetudinibus.lib.2.cap.21.nu.2.
Animaduerſio publica quæ dicatur.lib.1.cap.3.
Animaduertendi animaduerſioniſque verba non ad cauſſarum criminalium cognitionem, ſed ad ſententiarũ criminalium executionẽ pertinere.lib.1 cap.8.
Antiquus ordo exercendorum capitalium iudiciorum.lib.2.cap.5.nu.11.
Arbitrarias nõ eſſe omnium maleficiorum pœnas.lib.1.cap.6.no.3.
Authoritas ſenatus, populi poteſtas.lib.2.cap.20.nu.1.
Authoritas quid eo.cap.no.2.

B

BAſſa iuſticia in cõſuetudinibus.lib.2.cap.21.nu.2.
Bonorũ poſſeſſiones mixti imperii eſſe omnes.lib.2.cap.12.nu.4.

C

CApitales triumuiri cur capitales dicerentur.lib.1.cap.5.nu.12.
Cauſſæ cognitio a iuriſdictione quomodo differat.lib.2.cap.7.nu.3.
Cauſſæ cognitio in executionibus ſententiarũ quando & circa quæ admittatur.lib.2.cap.9.nu.2.
Cauſſæ in quibus actio accuſatiove vertitur aut in quibus ea quæ mixti imperii ſunt quomodo decidãtur explicenturque.lib.2.cap.12.no.2.
Cauſſarum ciuilium cognitiones & earundem iudicatarum executiones ad diuerſa negotia pertinere.lib.2.cap.6.no.4.
Cauſſarum criminaliũ cognitionem ſiue iudicationem & earundem iudicatarum executionem diuerſa eſſe negotia.lib.2.cap.5.nu.11.
Cauſſas meri mixtive imperii aut iuriſdictionis nuſquam legi.lib.1.cap.9.numero.3.
Cautiones damni infecti aut legatorum præſtandorum non exigi iuriſdictionis explicandæ gratia.lib.1.cap.13.numero.2.
Ciuilium ſentẽtiarum executiones meri imperii eſſe & qua ratiõe.lib.2.ca.6.nu.1.2.& 6.
Eaſdem nullam cauſſæ cognitionẽ admittere.lib.2.cap.6.nu.3.
Compoſita dictio quam ſignificationẽ habere poſſit.lib.1.cap.6.nu.2.
Conceſſio generalis quomodo intelligatur.lib.2.cap.20.nu.4.
Conſul cur minoris poteſtatis quam dictator eſſe dicatur.lib.2.cap.4.nu.2.
Criminalium ſiue capitalium iudiciorũ antiquus ordo.lib.2.cap.5.nu.11.
Criminales cauſſas delegari poſſe generaliter a præfecto vrbi, libro.2.cap.21 numero.3.
Cur actio in factũ aduerſus nautas caup.ſtabu.a prætore introducta ſit.lib.1.cap.7.no.2.

D.

DEcretum quid & vnde.lib.2.ca.17.numero.1.
Defenſores ciuitatum qui ſint eoſque non eſſe minores magiſtratus.lib.2.

Digitized by Google

cap.18.nu.2.&.4.
Defenſores ciuitatũ nihil delegare poſſe.lib.2.cap.22.nu.3.
Delegatum proprium nihil habere.lib.2.cap.7.nu.4.
Delegatum nihil omnino cuiquam delegare poſſe.lib.2.cap.22.nu.1.
Delegationis tractatus.lib.2.cap.24.
Delegatus cur ſententiam a ſe latã exequi non poſſit.lib.2.cap.7.nu.4.
Delegatus an & quando imperio mixto quod iuriſdictioni cohereat vti poſſit.lib.2.cap.10.nu.9.
Deportationis ſententiam præſes ferre poteſt, ſed non exequi.libr.1.cap.7.numero.3.
Dictio compoſita quam ſignificationem habere poſſit.lib.1.cap.7.nu.2.
Dictator cur maioris poteſtatis q̃ conſul eſſe dicitur.lib.2.cap.4.nu.2.
Diffiniri nullam rem allegorice poſſe.lib.1.cap.7.nu.4.
Diuerſe ius redditur ſuper actionibus accuſationibuſq; & iis quæ ſunt mixti imperii, cui iuriſdictio ineſt.lib.2.cap.11.nu.2.&.4.

E

EPilogus iuriſdictionis & imperii.lib.2 cap.16.nu.5.
Excommunicationis gladium nõ proprie ſed abuſiue dici.lib.1.ca.7.nu.4
Executiones ſententiarũ criminalium imperii meri eſſe nec vllam cauſſæ cognitionem admittere.lib.2.cap.5.numero.7.9.&.10.
Executiones ſentẽtiarum ciuilium meri eſſe imperii, & qua ratione.libr.2.cap.6.nu.1.2.&.6.
Executiones ſentẽtiarum criminalium & ipſarum cauſſarum indicationes diuerſa eſſe negotia.lib.2.cap.5.nu.11.
Executiones eaſdem nullam admittere cauſſæ cognitionem.lib.2.cap.6.nu.3.
Executiones rerum ciuilium iudicatarum & earundem iudicationes ad diuerſa negotia pertinere.lib.2.cap.6.numero.4.

F

FIdeicommiſſa ad imperium mixtum pertinere, olimque pro iis nullam actionem cõpetiiſſe.lib.2.cap.13.numero.3.

G

GEneralis conceſſio quomodo intelligenda.lib.2.cap.20.nu.4.
Generalem legem condere an reipublicæ interſit principaliter.lib.1.cap.2.nu.1.&.2.
Genus quando pro ſua ſpecie ſumatur.lib.1.cap.7.nu.2.
Gladii verbum non poſſe cauſſę cognitionem nec quamcunque coercitionẽ ſignificare.lib.1.cap.7.nu.1.
Gladium excommunicationis nõ proprie ſed abuſiue dici.lib.1.ca.7.nu.4

H

HAbere gladii poteſtatẽ, & poteſtas gladii quam quis habet eadẽ eſſe non poſſe.lib.1.cap.9.nu.2.

I

IMperator & imperium quid antiqua primaque ſignificatione & quid recentiori.lib.2.cap.3.nu.1.
Impero quid ſignificet & vnde.ibidẽ. & lib.1.cap.6.nu.1.
Imperium generaliter & ſpecialiter ſumi.lib.2.cap.4.nu.3.
Imperium merum non poſſe ſignificare gladii poteſtatem.lib.1.cap.6.nu.1.
Imperium non ſignificare animaduerſionem.Ibidem.
Imperium merum non poſſe dici quaſi liberum.lib.1.cap.6.nu.2.
Imperium merum non poſſe dici quaſi remotum.lib.1.cap.6.nu.2.
Imperii magis quam iuriſdictionis quæ eſſe dicantur.lib.2.cap.14.nu.1.
Imperium merum quid.lib.1.cap.6.numero.2.
Imperium tam in habitu quam in actu ſumi.lib.2.cap.1.nu.1.
Imperium in executionibus conſiſtere.lib.2.cap.3.nu.1.
Imperium maius aut minus qui magiſtratus habeant, & qui imperium habeant ſimpliciter.lib.2.cap.4.nu.7.
Imperium, iuſſus, & poteſtas, vſu differunt.lib.2.cap.4.nu.8.

Imperium.lib.2.cap.20.nu.3.&.5.
Imperium poteſtatemve habere qui dicantur.lib.2.cap.18.nu.1.
In executionibus quando & circa quæ cauſſæ cognitio admittatur. lib.2.ca.9.nu.1.
Interdicta ad mixtum imperium pertinere, olimque pro iis nullam actionē competiiſſe.lib.2.cap.13.nu.1.&.2.
Interlocutio quid & unde.lib.2.ca.17.numero.4.
Iubeo quid ſignificet.lib.2.cap.3.nu.1.
Iudicis iud candique verba tam habitus iam actus eſſe.lib.2.cap.1.nu.1.
Iudici liberum nō eſſe quam velit pœnam cuicunque crimini ſtatuere.lib.1.cap.6.nu.3.
Iudicem a principe datum propriam iuriſdictionem habere proptereaque & ſubdelegare & exequi poſſe.lib.2.ca.23.nu.1.
Iudicem datum nihil omnino ſubdelegare poſſe.lib.2.cap.22.nu.1.
Iudices ſpeciali vocabulo qui & cur ii dicebantur olim.lib.2.cap.5.nu.12.
Iudicia capitalia ſiue criminalia quemadmodum antiquitus exercebantur.lib.1.cap.5.nu.11.
Iudiciales prætoriæ aut communes ſtipulationes.lib.2.cap.13.nu.6.
Iudicium in cauſſarum cognitionibus conſiſtere.lib.2.cap.3.nu.1.
Iuriſdictio quid & quotuplex.lib.2.ca.15.nu.1.
Iuriſdictio & cauſſæ cognitio quomodo differant.lib.2.cap.7.nu.3.
Iureconſultorum peculiaris mos in declarandis vocū ſignificationibus.lib.2.cap.8.nu.2.
Iuriſdictionis proprium non eſſe vt delegari poſſit.lib.2.cap.22.nu.3.
Iuriſdictionis imperiive quę ſint & qua ratione alterutrius quæcunque controuerſia eſſe intelligetur.lib.2.cap.16.nu.1.
Iuriſdictionis ac imperii epilogus.eod.cap.nu.5.
Iuriſdictionis explicandæ gratia cautiones damni infecti aut legatorū præſtandorū non exigi, nec ſimiliter miſſionem in bonorum poſſeſſionem fieri.lib.1.cap.13.nu.2.
Iuriſdictionis explicandæ gratia ſententiæ ciuilis executionem non fieri, lib.1.cap.13.nu.3.
Iuriſdictionis verbum tam ad cauſas criminales quam ciuiles proprie ac ſpecialiter pertinere.lib.1.cap.16.
Iuriſdictionis verbum tam in habitu q̄ in actu ſumi, & quid vtroque modo ſignificet.lib.2.cap.1.nu.1.
Iuriſdictionis verbū generaliter & ſpecialiter ſumi contineréque merū mixtumque imperium & iuriſdictionem (quam vocāt) ſimplicem idq; ex propria vi ac ſignificatione verbi quamuis generali.lib.2.cap.2.nu.2.
Iuriſdictionis exempla.lib.2.cap.2.numero.2.& quid ſignificet.eo.cap.numero.4.
Iuriſdictionem non explicari mixto iudicis officio.lib.1.cap.14.nu.2.
Iuriſdictionē quæ in incidentibus præparatoriis acceſſoriiſque conſiſtit mixtam dici poſſe, & vniuerſa eius natura toto.eo.cap.
Iuriſdictionem transferri quid ſit.lib.2.cap.7.nu.3.
Iuriſdictionem mixto ſiue (vt vocant) mercennario iudicis officio non explicari.eo.cap.nu.2.
Iuriſdictionem ſpecialiter ſumptam ex æquo ad accuſationes & actiones pertinere.eo.cap.nu.2.
Iuriſdictione conceſſa an concedi videatur vtrunque imperium.lib.2.ca.20.nu.3.&.5.
Iuſſus verbū quomodo accipiatur.lib.2.cap.4.nu.4.
Ius dicere generale verbum eſſe.lib.2.cap.2.nu.5.
Iuſticia alta media & baſſa.lib.2.cap.21 numero.2.

L.

LEgatum proconſulis propriā habere iuriſdictionē & cur habeat, ideoque & exequi & ſubdelegare poſſe.libro.2.cap.23.nu.2.
Legis condendæ poteſtatē non eſſe meri imperii.lib.1.cap.1.nu.3.& lib.2.ca.21.nu.1.
Legem ſancire an reipublicæ interſit.lib.1.cap.2.nu.2.
Legitimi heredis verbum generaliter & ſpecialiter ſumi, & quid vtroq; modo ſignificet.lib.2.cap.2.nu.3.

Liberum nō eſſe iudici quācunque voluerit pœnam crimini ſtatuere.libr.1.cap.6.nu.3.
Longouallii de mero imperio diffinitio.lib.1.cap.5.

M

Magiſtratus qui vocari in ius poſſint.lib.2.cap.19.nu.6.
Magiſtratus habentes imperium & iurisdictionem ſimul, alterum tantum, aut neutrum.eo.cap.nu.3.
Magiſtratus maius minuſve imperium habere qui dicantur.lib.2. cap. 4.
Magiſtratuum poteſtatem ac maieſtatē non in cauſſarū iudicationibus,ſed in rerum iudicatarū executionibus conſiſtere.lib.1.cap.7.nu.3.& lib.2.ca.4. numero.2.
Maleficia puniri quomodo reipublicæ interſit.lib.1.cap.3.
Maleficiorum pœnas mero iudicis officio non intligi.lib.1.cap.1.nu.5.
Maieſtas,poteſtas,imperium,iuſſus,populi,authoritas ſenatus,cur eſſe dicantur.lib.2.cap.2.nu.1.
Maiores minoreſve magiſtratus qui ſint.lib.2.cap.18.nu.1.
Maiores magiſtratus alios quam conſules cenſores & prætores eſſe.lib.2.ca.19.nu.1.
Maiores magiſtratus qui olim dicerentur, & qui hodie eo.cap.nu.2.
Mādati actio quomodo ab actiōe quod iuſſu differat.lib.2.cap.4.nu.4.
Mādata iuriſdictione tranſire mixtum imperium, & cur tranſeat.libr.2.cap.10.nu.4.
Media iuſticia.lib.2. cap.21.nu.2.
Mera hominis ratio quæ dicatur. lib.2 cap.5.nu.8.
Merus executor quis dicatur.lib.2.cap.9.nu.3.
Merum imperiū diuidi nō poſſe in maximū maius.&c.lib.1.cap.4.in princ.
Merum imperium iure magiſtratus nō competere,lib.1.cap.1.nu.2
Merum imperium non poſſe ſignificare gladii poteſtatem, lib.1.cap.6.nu.2
Merum, ſignificationem coercitionis non habere.
Merum non ſignificare remotum, nec merū imperiū dici poſſe quaſi remotū a priuata vtilitate,lib.1.ca.6.nu.2.
Merum imperiū quid,lib.1.cap.6.nu.2.
Merum imperium non diffiniri his verbis.habere gladii poteſtatem ad animaduertendum vt Alciatus & Longouallius exiſtimarunt, libr.1.cap.6. nu. 7.8.9.10.
Merū imperium quid,lib.2.cap.5.nu.1.
Merū imperiū in quibus verſetur & quo eo magiſtratus vti intelligitur,lib.2.cap.5.nu.6.
Merum quid dicatur, libro 2.cap. 5. numero.2.
Merum imperiū in executionibus ſententiarum ciuilium verſari, & qua ratione,libr. 2.cap.6.nume.1.2.&.6.
Merum imperium an delegari,& an quæ meri imperii ſunt mandari poſſint,libro.2.cap.9.nume. 4.
Mera iuriſdictio quę dicatur,libro.2.cap.16.nu.3.
Meri imperii non eſſe legem condere, libro.1.capi.1.nu.3. & libr.2.cap.21.
Meri imperii exempla,libro.2.capit. 2. numero.2.
Merum ius gentium quod dicatur, lib. 2.cap.3.numero.2.
Merum iudicis officium dicendum eſſe quod hactenus nobile adpellatū eſt, libr.2.cap.5.numero.5.
Miſſio in poſſeſſionem bonorum latitantis quo imperio fiat,libro.2.cap.12.numero.3.
Miſſionem in bonorum poſſeſſionē nō fieri iuriſdictionis explicandæ gratia,libr.1.cap.13.nu.2.
Mixtum imperium nō diffiniri his verbis cui etiam iuriſdictio ineſt. libr.1. cap.13.
Mixtum imperium quid,& quotuplex, libr.2.cap.10.nu.1.
Mixtum imperium quod iuriſdictioni coheret in quibus conſiſtit,& exempla,lib.2.cap.10. nu.2. Cur exerceatur eo.cap.nume.3.
Mixtū imperium an delegatus habeat eo.cap.nu.9.
Mixtū imperium cui iuriſdictio ineſt quid, & vniuerſa eius natura toto, cap.11. Et cur mixtū dicatur eodē, lib.cap.16.nu.1.
Mixti imperii exēpla,lib. 2. cap.2. nu. 2.& toto cap.12.&.13.
Mixti imperii quæ ſunt an delegari poſſint, lib.

Digitized by Google

poſſint, lib.2.cap.13.nu.6
Mos iureconſultorum in declarandis verborum ſignificationibus, libro 2.cap.8.nu.2
Municipales magiſtratus qui ſint, libr. 2.cap.18.nu.3. Eoſdem non eſſe minores magiſtratus, eo.cap.nu. 2.

N

NAturales liberos legitimos facere non eſſe mixti imperii, lib.1.ca. 11.nu.2
Nobile iudicis officium merum rectius adpellari, & quod vocant, mercennarium, mixtum adpellandum eſſe, lib. 1.cap.1.nu.4. Et libro.2. cap.5. Et cap.10.nu.5

O

OFficium iudicis nō nobile aut mercennarium ſed merum aut mixtum adpellandum eſſe, libr.1. cap. 1. nu.4.&. lib.2. cap. 5. nu. 5. & cap. 10. nu.5
Officium iudicis quod ex titu.de vari. & extraord.cognit. imploratur, ad mixtum imperium pertinere, libr. 2. cap. 13.nu.4
Officio iudicis pœnas delinquentibus non infligi, lib.1.cap.1. nu.5
Ordo antiquus exercendorum capitalium iudiciorū lib.2.cap.5.nu. 11.

P

PAter anthoritatē filio imperio mixto præſtare cogitur, libr.2.cap. 22.nu.2
Pœnas non omnes eſſe arbitrarias, lib. 1.cap.6.nu.3
Poteſtas populi Senatus autem authoritas cur eſſe dicantur, lib.2.cap.20. numero.2
Poteſtatis verbum generaliter & ſpecialiter ſumi, lib.2.cap.4. nu. 1.
Poteſtatis, Imperii, iuſſuſque verba vſu differre, lib.2.cap.4.nu. 4
Poteſtatem maieſtatemq́ ius dicētium non in cauſſarum iudicationibus, ſed in rerum iudicatarum executionibus conſiſtere, lib.1.cap. 7.nu.3.& lib.2.cap.4.nu.2
Poteſtatem aut imperium qui magiſtratus habeat, lib.2.cap.18. nu.1
Præfectū vrbi generaliter cauſſarū criminaliū iuriſdictionem mandare poſſe, lib.2.cap.23.nu.3
Prǣſidem prouinciæ deportationis ſententiam ferre poſſe ſed non exequi, lib.1.cap.7.nu.3
Præſidi prouinciæ aut proconſuli cur non liceat cauſſas criminales generaliter mandare vt præfecto vrbi, libr. 2.cap.13.nu. 4
Prǣtor cur quæſtionis iudex olim dicebatur, lib.2.cap.5.nu.12
Prætoria verba do, dico, addico, libr. 2 cap.6.nu.5
Prætoriæ, iudiciales aut communes ſtipulationes quæ dicantur, libr. 2. cap. 13.nu.6
Proconſulis legatum propriam habere iuriſdictionem, & cur habeat, ideoq́ & exequi & ſubdelegare poſſe, libr. 2.cap.23.nu.2
Prouiſionales (quas vocant) ſententias imperii mixti eſſe, & contra ius cōmune introductas, li.2.ca.12.nu. 4
Publica animaduerſio quæ dicatur, lib. 1.cap.3.

Q

QVando ſpecies nominatim exprimitur quamuis alioqui ſub genere contineretur, lib.1.cap.7. nu.2
Qua ratione quæcunq́ cōtrouerſię imperii aut iuriſdictionis eſſe intelligetur, lib.2.cap.16. nu.1
Quæſtores nec imperium nec iuriſdictionem habere, lib.2.cap.19.nu. 5
Quæ imperii quæve iuriſdictionis ſint, quæ pronunciata alterutrum cōtineant, & qua ratione quæ alteruitrius ſint diſcerni poſſit.libro. 2. cap. 4. nume. 4
Quæſtionis iudex cur prætor dicebatur lib.2.cap.5.nu.12.
Quę mixti imperii ſunt an delegari poſſint, lib.2.cap.13. nu.6
Quæ imperii magis quam iuriſdictionis eſſe dicantur, lib.2.cap.14.nu.1.
Qui maiores minoreſve magiſtratus eſſe dicantur, lib.2.cap.18.nu.1
Qui magiſtratus imperium, qui imperiū maius minuſve habere dicantur, lib.

2.cap.4.nu.7

R

Re credentias (quas vocant) beneficiorum ad mixtum imperium pertinere & cõtra ius introductas, lib.2. cap.13.nu.1.

Reip.quomodo interſit generalem legem ſanciri, lib.1.cap.2.nu 2.

Reip.quomodo interſit maleficia puniri, lib.1.cap.3

S

SEnatus authoritas, populi poteſtas, maieſtas, imperiũq́, eſſe dicuntur, lib.2.cap.20.nu.1

Sententia quid & vnde, quarum controuerſiarũ ſit deciſio, & quẽadmodũ cõcipiẽda, lib.2.cap.17.nu.1.&.2

Sententię ciuilis executionem fieri nõ iuriſdictionis explicandæ gratia, lib.1.ca.13.nu.3

Sententiarum criminalium executiões meri imperii eſſe, libr.2.cap.5.nu.7. Et qua ratione ſint eo.cap.nu.10.

Sentẽtiarũ criminaliũ executiones nullam cauſſæ cognitionem admittere, lib.2.cap.5.nu.9

Sententiarum ciuiliũ executiones meri imperii eſſe, libr.2.cap.6.nu.1.2.6

Sentẽtiarũ ciuilium executiones nõ iure magiſtratus competere, ſed ſpecialiter lege dari, lib.2.cap.9.nu.1

Sententias (quas vocant) ꝓuiſionales ad mixtum imperium pertinere & cõtra ius ciuile introductas, lib.2.cap.12.nu.4

Specialiter lege dari quę dicantur, lib.2.cap.24.nu.2

Species aliquando nominatim exprimitur quãuis alioqui ſub genere contineretur, lib.1.cap.7, nu 2

Stipulatio promiſſionis & executionis verba continet & quando vtilis inutilisſve eſſe dicatur propter verbum imperſonale, lib.2.cap.17.nu.2

Stipulatio ex mero iudicis officio procedens quæ ſit, lib.2.cap.5.nu.4

Stipulationes prætoriæ iudiciales, aut cõmunes quę dicãtur, li.2.ca.13.nu.7

Summarum iuriſdictionis & imperii, lib.2.cap.16.nu.5

T

TRansferri iuriſdictionẽ quid ſit, ca. 7.nu.3.

Transferendi verbum ſimpliciter non ſignificare domini translationem, libro.2.cap.7.nu.4

Triumuiri cur capitales dicti ſint, libr.2.cap.5.nu.11

Tutoris dationem nullius imperii neq́ iuriſdictionis eſſe, libr.2.cap.13.nu.5.

V

VErba iuris aut facti quæ ſint, quomodo differant, diuerſitatẽq́ iuris cõſtituere, lib.2.cap.9.nu.4.&.5.

ERRATA

❧ DESIDERABVNTVR IN PLERISQVE LOCIS NVMERI IN margine, qui ſummariorum cuiuſque capitis numeris reſpondeant, deſiderabũtur & accentuum notę apiceſve, ſunt & alia errata fortaſſe, ſed minora quã vt lectorem remorari poſſint, quæ autem poterant hæc fere ſunt.

❧ Libro primo.

Cap.1.fo.2.linea.3.lege ſcriptores primas, Cap.6.fo.8.in priu.lineę, 4. ita lege, at nõ inde, eo.fo.lin.20.lege (quod ineptius) eo.folio pagina. 2.lin.penul.lege, ſeruanda eſt. Cap.7.fo.10.pag.2.lin.10.&,11.lege interpretandum eſt, Et tamen.fo.13.lin.10.ita lege, reperiri, cum enim (inquit) perpetua. Cap.8.lin.7 lege, eos in quos animaduerti, lin.11.lege ab ea prouocatum. Cap.9.fo.15, lin.1.lege.diffinitionis formã. Cap.10.fo.16.lin.antepenul.lege, in eum ius gladii, fo.17.in margine ſub litera b, lege, l.a § exactis cum ſ.ȳ eq.ſup. Cap.12.fol.18

Digitized by Google

pag.2.In margine ſub h,legē doctores,ea.pag.lin.penul.ita lege,hęc dictio Etiamē folio,19.lin.2.lege,ineſt vt inferius,lin.19.lege,quæ hodie ita. Cap.13.folio,21, lin.14.lege,id (quæſo) Cap.16.folio.25.lin.11.lege, vel maxime lynceus.

Libro ſecundo.

Cap.3.folio.30.lin.2.&.3.lege, quarundā epiſtolarum,lin.26.vnica dictione legē, intenſionis. Cap.4.folio.31.lin.antepenulti.ita lege de eunuchis. folio.32.in margine ſub litera d, lege.§. imperator infra vt leg.atn.ſeu fideicom. Cap.5. folio.36.lin.g.4. lege.poſſit. Adeo folio.37.pagina.2.lin.13.lege,iudicatarum exe cutio. Cap.6.folio.39.in margine ſub litera b,lege,ſiquis condemnatus,& ſub litera i, lege,l.nulli.C.de iudi. Cap.7.fol.40.lin.1.lege,Errare doctores, folio 42.ſub litera b, in margine lege,de ſuſpe.tuto.& ſub litera e,lege, vide infra. Cap.8.fo.43.ſupra paginam.2.lege,Cap.8. in margine ſub litera a, lege, l. actio= nis, linea. 6. lege, vſucapionem continet, line.9. lege, propoſitis videlicet. linea 31.ita lege,quæ omniū ſumma eſt,executio. Caput decimū. fo. quadrageſimoſe ptimo in ſummarii.2.lin.2.lege,cōſiſtat & eius.fo.49.lin. 8. expunge dictionē ſu= per. Cap.12.folio.54. pagina.2. linea antepenulti. lege, garentigiato. Cap.13.folio.55.pagi.2.lin.11.ita lege,quod autem ſane hoc,folio.57. lin. 28. legē mandari poſſunt. Cap.16.folio.63.lin.12.ita lege,neceſſaria adminicula,quæ.li= nea.15.deprehendemus,folio. 64.lin.14,ita lege,exerceantur.iuriſdictionem,.fo= lio.65.ſub litera c, in margine lege,ſupra hoc cap. Cap.19.folio.7.pagina. 2. lin.8.lege,ſine imperio. Cap.20.folio.71.pagi.2.lin.12.vnica dictione lege,in= terrex.lin.27.lege,ratum ita.linea vltima ita lege,publice. folio. 76. lin. antepe= nulti.& penulti.lege Præterea quod. Cap.21.folio.79.ſub litera a,in margine lege,Iſagoge cap.1.pagi.2.lin.9.lege præfuerunt. Cap.22.folio.80.lin. 9. le= ge,in calcem huius libelli,lin.11. nec index datus ſunt. Cap.23.folio. 83.lin. 30,lege,verum ſicut.folio.84.pag.2.lin.15.&.16.delato,poteſt is cauſſæ.

IN PRIOREM DE IVRISDICT. & Imperio. Librum, Proœmium.

CVm nulla iuris ciuilis pars copioſius diffuſiuſq; a doctoribus noſtris tractata ſit, nulla verboſioribus cōmētariis onuſta, quam ea in qua de Iuriſdictione & quæ circa eam ſunt agitur: necdum tamen quid iuriſdictio ſit, eos ipſos aſſecutos eſſe, aut certe recte tradidiſſe exiſtimarē: facturus operæpretium mihi viſus ſum, ſi de iuriſdictione & imperio nōnihil ſcriberem: atque in eam rem eas ſaltem horas inſumerē, quibus a forenſibus negotiis otium mihi eſſe poſſet. Vix enim vbi aliquādiu in ſuprema hac Pariſiorum curia verſatus ſum, humane ferre potui, quæ de iuriſdictione & imperio ſummis vigiliis, inexhauſto labore, longoque tempore, in ſcholis & audieram, & didiceram, nullius in foro vſus eſſe. Nam liquido id aſſerere poſſim, (animum enim diligenter aduerti) toto hoc biennio, quo iam in celeberrimo hoc totiuſq; orbis cōſultiſſimo æquiſſimoque foro verſor, iuriſdictionis verbum in id ſignificatum aut prolatū aut vſurpatum eſſe, quod ab omnibus hactenus traditum receptumque eſt, vt tantū de re ciuili pecuniariaque dicatur. Imperii autem meri aut mixti verba, ne nominari quidem memini. Et tamen omnium frequentiſſimæ in foro cōtrouerſiæ cauſſæque, de his rebus incidunt. Porro quis non miretur magiſtratuum dignitatem authoritatemque, in iuriſdictione & imperio conſtitutas eſſe, his tantū in reddendo iure eos ipſos vti, his demum effici vt ſuum cuiq; tribuatur, & tamen nos ne verborum quidem ipſorum ſignificata tenere? Hæc ſane me plurimum ad ſcribendū primum, deinde ad præcipitandam editionem moue-

runt. Abeat enim opuſculum hoc quanlibet illimatum, parum terſum, nulla arte compoſitum, dum tamé ex eo quid iuriſdictio, quid imperium ſit, & quæ circa ea ſunt nonnulla percipi poſſint. Nam (niſi vehementer philautia fallor) ſcopum fortaſſe attigi. Exiſtét poſthac qui (vt facile eſt) inuectis rebus his, poſtremam manum addent, ego vero nil niſi prima veluti manu eas depingere conſtitui. Id quod duobus libellis abſoluetur, priore, quoniá ad veritatem reſtituendam perſuadendamq;, vehementius nihil errorum confutatione (citra tamen altercandi ſtudium) eſſe poteſt, tam recentiorum quam antiquorū de iuriſdictione & imperio cenſuras excutiemus, legitimiſque rationibus refellemus. Altero de his ipſis rebus conſtituemus.

Digitized by Google

1 Confutatur meri imperii diffinitio a doctoribus tradita.

2 Parum idoneum imperii meri genus eſſe Iuriſdictionem.

3 Legis condendæ poteſtatem, non eſſe meri imperii etiam iuxta Bartoli diffinitionem.

4 Quod hactenus nobile iudicis officium dictũ eſt, merum adpellandum eſſe.

5 Accuſationes mero iudicis officio non fieri.

Caput primum.

IGitur quæ de iuriſdictione & imperio magis inualuere ſentẽtiæ, hæ fere ſunt [a] Bartoli inter ſuæ farinæ ſcriptores prunas facile obtinentis, qui tamen Petri a bella pertica acerrimo ingenio viri, commentum in hac re ſecutus eſt. Andreæ [b] Alciati viri citra controuerſiam, non ſolum eorum qui ſæculo noſtro, ſed etiã omnium qui poſt iurecõſultos noſtros iuris ſcientiam profeſſi ſunt, & iuris, & omnium bonarum artium conſultiſſimi. Ioannis longoualli [c] & nobilis, & docti in ſuprema hac parlamenti Pariſienſis curia cauſſarum patroni, Nã zaſius & Marius Salomonius, nihil amplius quam hos ſecuti ſunt. [d] Et quidẽ (vt a Bartolo auſpicemur,) Alciatus & Longouallius temeritatis eum coarguunt, quod relicta iureconſulti[e] (vt illis videtur) diffinitione, aliam attentare auſus ſit. Ego vero hic merum imperiũ non diffiniri cum Bartolo cenſeo, idque pluribus infe-

a Bartho. in hac l. imperium de iuriſd. ff.

b Alcia. lib. ii. parad. ca. vii. in. l. poteſtatis & in. l. pecuniæ §. actionis ƒ. de verb. ſigni. & in ſuo de verb. & rer. ſig. lib. quarto.

c Io. longoual. in ii. parte repet. ſuæ in hanc. l. imperiũ

d Zaſius in par. tit. huius tit. de iuriſd. & in lectura euiſdẽ titu. Salo. in. l. i. ſuꝑ. tit. ii. de offi. cius cui mãd.

e In hac. l. imperium.

rius demonſtrabimus. Bartoli tamen finitionem non ſo
lum in vniuerſo falſam,ſed in ſingulis quoque partibus
exiſtimo. Ait enim [a] imperiũ merũ,eſt iuriſdictio quæ ex
peditur iudicis officio nobili, publicã vtilitatẽ prĩcipa
liter reſpiciens. Primũ quã ſit idoneũ imperii meri gen⁹
cõtẽdere nolim,ſed tamen cõuenientius genus erat,im-
perium ſiue poteſtas, [b] quam iuriſdictio, quod illorum
vtrumque propinquius ac magis adfine ſit imperio me-
ro quam iuriſdictio. Rectius enim hominẽ finiſſe vide-
tur,qui dixit animal rationale eſſe, quam qui ſupremũ
genus adſumpſit,nẽpe ſubſtãtiã rationalẽ,ſed pergam⁹.
3 Sequitur. Quæ iudicis. &c. Legis condendæ pote-
ſtas,(authore Bartholo) [c] Imperii meri eſt eiuſdemque
maximi,quod ſolis principi, Senatui & præfecto præto
rio, conceſſum eſt: [d] quem zaſius in hoc primum ſecu-
tus eſt, [e] ſed poſtea ſententiam mutauit. [f] Atqui cum ſo
lus princeps legem quãcunque ſancit,quæro inter quos
ius dicit?vbi colligigantes?vbi partes diuerſæ, vt iudex
aut iuriſdictio hic eſſe intelligi poſſint?Sane hic nihil iu
dicis officio,nec fit nec geritur, nec hic princeps iudex
eſſe intelligitur,nec principis in ſanciẽdis legibus autho
ritas,vſq̃ iudicis iuriſdictio nominatur. Deinde impe-
rium merũ iudicis officio nobili expediri Bartolus ait:[g]
hoc autẽ officiũ,actionis loco eſſe, [h] adeo vt etiam gene
raliter actionis verbo contineatur.[i] At cum princeps le
gem ſtatuit,quis a quoquam quaſi a debitore quidquã
petit?a quo hoc officium imploratur,intenditurve? aut
contra quem?vt actionis vicem ſuſtinere,aut actionis lo
co eſſe intelligatur? Itaque in condendæ legis negotio,
nec iudex,nec iuriſdictio, nec iudicis officium vllum,
nec nobile,nec mercenarium(vt adhuc doctorum ver-
bis vtar)ſed authoritas principalis (vt inferi⁹ tradetur)
[k] verſatur. Aut igitur legem cõdere non eſt meri impe-
4 rii,aut falſa prima huius diffinitionis particula. Sequi-

a Barto. hic.

b Poteſtatis verbo ʃ. de verbo. ſignifi.

c Barto. hic numero.viii.

d l. humanũ. C. de legibus. l. non ambigitur. ſup. eo tit. l. 1. ſup. de conſti. pricip. l. forma de off. pfc. pto. C.

e Zaſius in parat. huius titu.

f In lectura huius titu.

g Bar. hic.

h Bart. & alii i. l. i. ſupra eo.

i l. actionis. ʃ. de act. & obligat.

k ʃ. li. ii. ca. xxi.

tur. Officio nobili expeditur. &c. Scio nuſquam apud
iureconſultos imperatorésve iudicis officium, nec nobi
le, nec mercenarium vocari, nec ſcio vnde hæc adpella-
tio originem habuit, quaue ratione nitatur. Illud ſcio,
quod ab omnibus adhuc officium nobile adpellatū eſt,
merū in iure dici,[a] quod nulli actioni accuſationive cō-
iunctum aut permixtum ſit, ac proinde ex diſiunctiuo-
rum natura mixtum adpellandum eſſe officium, quod
mercenarium, ſordido, planeque mercenario vocabulo
adpellant, qua ratione merum mixtumque imperium
adpellari inferius demōſtrabimus.[b] Sed Bartoli ſenſum
non verba excutiamus. Imperii meri ſunt (eo authore)
omnes omnium maleficiorum pœnæ, coercitationeſq;
caſtigandi hominis gratia impoſitæ: & tamen mero iu- 5
dicis officio (hoc enim verbo vti iam malo quam nobi
li) nō expediri ſequentibus rationibus probatur. Pri-
mum, iudici ex officio ſuo ac per inquiſitionē delinquē
tes coercere non licet, vt & ille ipſe tradidit,[c] ergo iudex
mero officio delinquentes non plectit, oportet enim iu-
ſtum criminis accuſatorem exiſtere, niſi in certis caſi-
bus,[d] qui regulam confirmant.[e] Deinde ſi inſtituta iam
accuſatione accuſator deceſſerit nomen rei aboletur, nec
iudici liberum eſt inſtitutam accuſationē peragere,[f] Po-
ſtremo merum iudicis officium per ſe ſtare aiunt, nulli-
que actiōi ſubſeruire.[g] At nulla pœna infligitur niſi pro
poſita (vt iam dictum eſt) actione, id eſt accuſatione, (nā
actionis nomen etiam interdum pro accuſatione ſumi-
tur)[h] ergo iudex mero ſuo officio delinquentibus pœnas
non infligit, quemadmodum & Longouallius recte tra-
didit,[i] id quod etiam Iaſon ſubolfecit:[k] proptereaque
Zaſius Bartoli diffinitioni, cum is ait, quæ iudicis offi-
cio nobili, addidit, vel accuſationis via.[l] Aut igitur hæc
diffinitionis particula falſa eſt, aut nō eſt verū omnium
delictorum caſtigationes imperii meri eſſe.

a l. v. §. iudic. & §. prætoriæ. ff. de verbo. oblig. & inſtit. de diuiſ. ſtipu.

b ff. li. ii. cap. v. & cap. decimo.

c Bar. hic nūero x. pc. l. reſcrip. §. in q. ff. de mu. & ho.

d Bar. in l. ii. §. ī publico. ff. ad legē Iul. de adulte.

e §. vt autē ī autent. de non alien. aut permut. Col. it.

f l. libellorum. §. ſi accuſator. ff. de accuſa.

g Bar. & alii ī. l. i. ſupra eo.

h l. i. vbi. glo. ff. de cri. ſtel. vide Iſago. in Iur. ciuil. ſanctio. cap. ii.

i Lōgo. in. ii. parte d. repeti.

k Iaſ. hic.

l Zaſius in parati. huius titu.

1 Confutatur eiuſdem diffinitionis particula in qua dicitur publicam vtilitatem principaliter reſpiciens.

2 Legem condere ſimpliciter, ad Remp. principaliter non pertinere.

Cap. Secundum.

SEquitur in eadem diffinitione, publicã vtilitatem principaliter reſpiciens. Aduerſus id ſic ex Alciato obiici poteſt.[a] Quid ſi fiat miſſio in poſſeſſioné domus Titii quod cum ea publicis ædibus, & quæ in vſu publico ſunt ruinam minaretur, noluit tamen is damni infecti cauere? Hæc vt quæuis alia in poſſeſſionem bonorum miſſio, mero iudicis officio, etiam authore Bartolo[b] expeditur, publicam vtilitaté (vt res ipſa indicat) reſpicit[c] principaliter, eã tamen nõ meri imperii eſſe ille ipſe fatetur:[d] idq; verũ eſt, eſt enim mixti.[e] Vera igitur nõ eſt diffinitio. Deinde, meri imperii eſt (inquit Bar.)[f] generalem legé cõdere, & tamé id principaliter publicam vtilitatem non reſpicit, id quod ſequentia probant. Conſtituamus legem generalem, pote vniuerſum edictũ ædilia curuliũ:[g] ſi principaliter Remp. reſpicit, aduerſus id priuatis paciſci non licet,[h] & tamen licet:[i] Igitur publicam vtilitatem principaliter non continet. Quare nec eius edicti conſtitutio ſanctioque, ad publicam vtilitaté pertinet principaliter. Conſtituamus & hanc iuris ciuilis generalem conſtitutionem legemque. Alteri ſtipulari nemo poteſt:[k] principaliter ad Rempub. non pertinere, hinc manifeſtum eſt, quod omnis ſtipulatio ad hoc inuenta introductaque eſt, vt vnuſquiſque ſibi adquirat quod ſua intereſt.[l] Conſtituamus denique omnes om-

a Alcia. lib. ii. parado. ca. vii.

b Bar. hic numero xxi.
c l. inter publica ff. de verb. ſignifi. l. iuris gentiũ §. ſi paciſcar. ff. de pact.
d Bar. hic numero xxi.
e l. iubere. ff. eo.
f Bar. hic numero octauo.
g l. i. ff. de ædili. edict.
h d. §. ſi paciſcar.
i l. cõtra. ff. de pac.

k ſtipulatio iſta §. alteri. ff. de verborum oblig.

l d. §. alteri.

nino iuris gentiũ ciuiliſque contractus, omnes fere priuatam vtilitatem continẽt. Nam ſi leges omnes quæ de conuentionibus tractant ad Rempub. principaliter pertinent, oportet omnes conuentiones ad Rempu. principaliter pertinere, lex enim rebus impoſita eſſe dicitur,[a] & tamen falſum id eſſe nemo eſt qui neſciat.[b] Imo vero totius iuris ciuilis ſanctio vniuerſumque ius, in priuatũ & publicũ diuiditur,[c] hoc ad Rẽpu. principaliter, illud ad ſingulorum vtilitatẽ pertinet. Aut ergo oportet nullum ius priuatum eſſe, aut leges omnes in quibus de iure priuato agitur, ſingulorum vtilitatem, non publicam principaliter reſpicere: & tamen ius priuatum multo latius publico patet: hoc enim fere in ſacris, ſacerdotibus, magiſtratibuſque tantum conſiſtit. Igitur generalem legem condere, quæ videlicet ius publicum contineat, vt quæ de ſacris, ſacerdotibus, magiſtratibus feratur, publicam principaliter vtilitatem reſpicit, quæ autem ius priuatorum ſingulorũque reſpiciat, vt quæ de ſingulorum conuentionibus tractet, ad priuatam vtilitatem principaliter pertinet. Tametſi inficiari nõ poſſum publice intereſſe legem quancunque generalem modo iuſta ſit ferri, vt publice intereſt edictum hoc propoſitũ fuiſſe. Qui mancipia vendunt certiores faciant emptores &c.[d] nec id in dubiũ venit, ſed id quæritur an principaliter? quod non puto, ſed ſingulorum potius, vt abunde probatum eſt: quinimo ſic intereſt publice, quaſi nequis re ſua male vtatur:[e] nam publice intereſſe multis modis dicitur.[f] Igitur aut falſum eſt legem generalem cõdere meri imperii eſſe, aut vera non eſt Bartoli diffinitio, aut certe vtrunque.

a l.ii.C.comu. de lega.
b l.cõuentionum ff.de pact.
c l.ii.§.huius ſtudii ſup. de iuſt. & iure.
d l.i.ff.de ędil.edi.
e §.ſi.iſti.de his qui ſũt ſui vel alieni iur.
f docto. in.l. i.ff. ſolut. matri.

Confutatur latius eadem diffinitionis particula in qua traditur publicam vtilitatem principaliter reſpiciens: & omnium maleficiorum de-

lictorumque coercitiones ad publicam vtilitatem pertinere, non tamen principaliter.

Cap. 3.

a Bart.hic.numero.xxi.

Is autem ampli⁹ Bartolus [a] eiuſque ſectatores tradũt coercitiones omnes, omniũque maleficiorum caſtigationes imperii meri eſſe. Fateamur iam illis, illud inquirẽdum eſt, an principaliter publicam vtilitatem reſpiciant? Et quidem negari non poteſt ad Remp. pertinere, [b] quamuis inauditum neſcio quid in hac re a quopiam (cuius nomini parco) traditum ſit, & alibi a me diſputabitur.[c] Nam & pro ea diuiſione qua cauſſas omnes in ciuiles aut criminales partimur, reliqui authores in priuatas, publicaſque fere diuidunt. Quinimo iureconſultus criminalia omnia iudicia, & in quibus de maleficii vltione agitur, publica generaliter interdum appellat [d] quod alibi docebitur. [e] verum illud inquirendum eſt, an principaliter omnium maleficiorũ vltiones caſtigationeſque ad Remp. pertineãt? quod nõ videtur. Nam ſi principaliter pertinẽt cur non ex æquo omnes animaduerſiones publicæ dicũtur? Et tamen eæ demum publicæ proprie dicuntur, quæ ex publicis iudiciis deſcendunt, vt ex iureconſulti reſponſo [f] liquido conſtat, cum in propoſita quadam ſpecie, publicam animaduerſionem eſſe ait, propterea quod legi Corneliæ (de Siccariis videlicet) locus ſit, quaſi alias publica animaduerſio non ſit a contrario ſenſu: [g] quanuis in eo reſponſo Accurſius [h] grauiter lapſus, de lege Cornelia de iniuriis, iureconſultũ loqui exiſtimarit, rectius enim Bartolus [i] de Siccariis intellexit. Deinde cur non cuiuſcunque criminis accuſatio, omnibus publice conceditur, ſi omnium criminum coercitiones ad Rempu. principaliter

b l.ita.§.ad leg. aquil.l.ſuchum.§. de ſolut.cũ ſimilibus.
c Iſagoge in iur. ciuilis ſanctionem cap.xiiii.
d l. ordo.§. de pub.iud.l.in priuatis.§.de iud.
e Iſagoge, cap.v.
f l. prætor.§.i.§. de iniur.
g l.i.§. huius rei ſup.titu. ii.
h glo. in d.§.i.
i Bart.in.l vnica C.quã ciuil.actio.

paliter pertinent? Nam publici commodi perſecutio omnibus concedi ſolet.[a] Et reip. intereſt quamplurimos ad defendendam cauſſam ſuam admittere.[b] Et tamen receptius eſt ex priuatis delictis eos demum etiam criminaliter agere poſſe, ad quos ea res pertinet.[c] Item ſi omnium delictorum pœnæ ex æquo ad remp. principaliter pertinent, cur non omnia iudicia in quibus crimen quodcunque vertitur publica dicũtur? Et tamen publica iudicia ea demum adpellantur, in quibus non quodcunque crimen vertitur, ſed quæ ex publicorum iudiciorum legibus deſcendunt, quæ pauca ſunt admodum,[d] certoque numero (vt alibi[e] tradetur) concluſa. Ex his igitur cõſtat quanuis omnium maleficiorum caſtigationes animaduerſioneſq; ad publicam vtilitatẽ pertineãt, non tamẽ principaliter, quorum autem principaliter & quorum non, alibi[f] docebimus. Quare falſa eſt Bartoli diffinitio, nam omniũ maleficiorũ coercitiones meri eſſe imperii ait, & tamen non omnes publicam vtilitatẽ principaliter reſpiciunt.

a l.i. de loco & itine. priua. l. in prouinciali. §. fi. de ope. noui nunncia.
b l. nã reip. ff. de ope. no. nũcia.
c glo. rubr. ff. de popul. actio. glo. l. fi. de priua. deli. ff.
d l. i. ff. de pub. iudi. & inſt. de pub. iudi.
e Iſago. cap. viii.
f Iſago. cap. xv.

1 Ineptam eſſe iuriſdictionis imperiique ſectionem a doctoribus noſtris traditam.

2 Nullum merum imperium iure magiſtratus competere.

Cap. 4.

q Vod autem ad diuiſionẽ iuriſdictionis imperiiq; a Bartolo traditam,[a] deinde a plurimis admiſſam attinet,[b] cui vnquam probabilis videri poſſit, vt hæc in maximum, maius, magnum, paruũ, minus, minimũ, diuidãtur? Nam ſi pro cauſſarũ qualitate iuriſdictio, aut

a Bar. hic.
b Iaſ. hic & reliqui.

pœnarum gradibus imperium diuidenda eſſent,certe in
innumerabiles veluti atomos partienda mihi viderẽtur,
tametſi non ignoro quoſdam magiſtratus eſſe qui cæte-
ris imperium maius habere dicantur:[a] Idque cum inui-
cem conferuntur : ſed ſenario numero partitionẽ huiuſ-
modi concludere,tam ineptũ quam impoſſibile eſt: nec
de ea toto iuris ciuilis corpore,vel literã reperias. Eru-
beſcimus autem ſine lege loqui, [b] Nec rurſum ea ſectio,
iuſta diuiſio ac veluti totius cuiuſdam in ſuas parteis di-
ci poteſt,nam maius & minus diuerſas ſpecies non con-
ſtituũt.[c] Sed & hoc amplius,quid huius diuiſionis occa-
ſione Bartolus præterea tradat,videamus. Imperiũ me-
rum(inquit)[d] iure magiſtratus cõpetit:vniuerſaliter hoc
falſum eſt:lege enim ſpecialiter datur,[e] ergo iure magi-
ſtratus non cõpetit:ſunt enim hæc & diuerſa & pugnan-
tia.[f] Aut ſi illud verum eſt,hæc duo cõſequuntur. Prius,
4 quod imperiũ merũ etiam minimis magiſtratibus com-
petit. Siquidem ea iure magiſtratus competere ille ipſe
poſt Accurſium tradit,[g] quæ etiam minimis magiſtrati-
bus competunt,tametſi non ita ſentio: ſi igitur imperiũ
merum iure magiſtratus competit, etiam minimis ma-
giſtratibus competere neceſſe eſt. Alterũ, quod mandata
iuriſdictione imperium merum tranſit:nam quæcunque
iure magiſtratus cõpetunt mandata iuriſdictione tranſ-
feruntur,[h] imperium merum(authore Bartolo)iure ma-
giſtratus competit, mandata igitur iuriſdictione trãſeat
neceſſe eſt.vtrunque autem falſum eſt. Prius,iureconſul-
tus ait, Minores magiſtratus ii ſunt qui ſine imperio aut
poteſtate ſunt,[i] ergo minimi magiſtratus non habẽt me-
rum imperium. Alterum,iureconſultus ait, verius eſt e-
nim iuriſdictionem quidem transferri, ſed merum impe
rium quod lege datur tranſire non poteſt.[k] At (inquies)
quod Bartolus ait, imperium merum iure magiſtratus
competere,mandata iuriſdictionũ tranſire,minimis ma

a l.iudiciũ.ſ.de iudi.l.iii.ſup.de offi.præſi.

b l.illam.C.de collat,

c l.fi.de fundo inſt.inſtru.leg.

d Bar.hic numero.xi.

e l.i.§.qui mãdatã.ſup.tit.ii.

f l.i.in princip.

g glo.Bart.& alii in.d.l.i.in princi.

h d.l.ſ.

i neẽ magiſtratibus.ſ.de iniur.

k d.§.qui mantam.

Digitized by Google

giſtratibus concedi, de imperio mero minore ac minimo intelligit: quod autem iureconſultus ait, imperium merum lege dari, mandata iuriſdictione non tranſire, [a] minores magiſtratus ſiue imperio eſſe, [b] de maximo ac maiori intelligendum. Ridiculum, nam his verbis omne imperium vniuerſaliter ſignificatur, cum in iure noſtro indefinita vim obtineat vniuerſalis, [c] & cum generaliter hæc iureconſultus doceat, generaliter intelligẽda ſunt, [d] Poſtremo ſi iuriſdictio imperiumque in maximum, maius, &c. diuiduntur, cur non etiam magiſtratus iiſdem gradibus partimur, vt ſint maximi, maiores, magni, parui, minores, minimi? Et tamen nec apud iurecõſultum, nec quencunq; alium idoneum authorem, magiſtratuũ plures ſunt differentiæ, quam qui maiores aut minores dicuntur, de quibus ſequẽti libro[e] copioſius diſſeremus. His autem quod attinet ad ſubuertendam meri imperii diffinitionem diuiſionemque ab antiquis traditam, contenti eſſe poſſumus.

a d.§.q mãdatũ.

b d.l.nec magiſtratibus.

c argu.l.reſcripti.de pact.l. qui filia .§.ſi quis.ſ. de leg.i.

d l.de precio.ſ. de pub. in re act.

e ſ.l.ii.cap.xviii. & cap.xix.

1 Quid ſit merum imperium ſecundum Alciati & Longouallii ſententias.

Cap. 5.

NVnc vero Andreæ Alciati, & Ioannis Lõgouallii de mero imperio ſententias excutiamus, hos enim ſequi zaſius [a] & Salomonius [b] mihi videntur. Contendunt igitur poſt Angelũ, imperiũ merum a iureconſulto his verbis diffiniri, cũ is ait. Imperium merum eſt habere gladii poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines. Quam quidem finitionem ſic Alciatus primum interpretatur [c] imperium merum nihil aliud eſt quam poteſtas gladio animaduertẽdi in fa- 1

a zaſius in lectura huius titu.

b Salo. in.l.i. ſup.tit. ii.

c Alcia. paradt lib.ii.cap.vii.

Digitized by Google

cinoroſos homines: hic autem gladius non ſimpliciter pro telo accipi debet, ſed pro quacunque pœna, qua ex delicto plectendus ſit reus. Idem alibi,[a] Cum iurecóſultus ait, imperium merum eſt gladii poteſtas, non de fabrili gladio materialiter (vt ita loquar) dicitur, ſed allegoricos de iure puniendi facinoroſos homines. Idē alibi,[b] Imperium merum in anquiſitionibus cōſiſtit, & eodem loco, Imperium merum nihil aliud eſt quam poteſtas animaduerti in facinoroſos homines. Dicitur autem merum quaſi liberū, quoniam cū delicta ex variis cauſſis vel aggrauentur vel eleuentur, in arbitrio ius dicentis reſidet, quam potiſſimū pœnam irroget. Hæc Alciatus. Longouallius autem ita inquit.[c] Quæcunque cauſſæ ad hoc tendunt vt in facinoroſos animaduertatur, hæ meri imperii eſſe cēſentur. Idem,[d] nam imperium nihil aliud quam coercitionē ſignificat. Idem[e] ex Angelo. Gladius in hac diffinitione non pro ferreo gladio carnis inciſiuo ponitur, ſed pro omni gladio ciuili criminis punitiuo, vnde excommunicationē gladiū eccleſiaſticum adpellamus,[f] pariter mucro anathematis, gladius excōmunicationis plerunque a pōtificibus ipſis vſurpatur.[g] Idem,[h] diffinitio hæc, imperium merū eſt habere gladii poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, per rei ſubſtantiam ponitur: nā licet iureconſultus dicat imperium merū eſt habere gladii poteſtatē &c, tamen hæc clauſula tātum valet & ſapit, ac ſi diceret, merū imperiū eſt poteſtas gladii quam quis habet ad animaduertendū &c. Cur autem imperium hoc merum dicatur, nō (opinor) aperte explicuit, ſed cum mixtum imperium modicam adpellet coercitionem,[i] oportet merum imperium ex ſubdiſiūctiuorum natura magnum ſignificare. Igitur cū Alciatus imperium merū in anquiſitionibus cōſiſtere ait, & Longouallius in his cauſſis quæ ad hoc tendunt, vt in facinoroſos animaduertatur, imperium merum ni

a Alcia. lib. iiii. de verb. & re. ſigni.

b Alcia. in. l. poteſtatis. ſ. de verb. ſi.

c Lōgoual. in tertia parte repet. huius. l. imperiū. Ibi habemus igi. &c.

d Lōgoual. in. d. tertia parte ibi imperiū inquit Vlpianus. &c.

e In ſecūda parte. Ibi quod ſi aliquis &c.

f c. dilecto. de ſenten. excom. lib. vi.

g c. ſollicitudinē de appel. c. quoniā de off. ord. extra.

h in ſecūda parte repe. Ibi. tertio cōtra.

i Lōgoual. in. iii. parte. d. repeti. Ibi imperiū inquit Vlpia. &c. & ibi habemus igitur &c.

Digitized by Google

hil aliud ſciendum eorum ſentẽtias erit, quam poteſtas cognoſcendi iudicandique de quibuſcunque cauſſis criminalib⁹. Adſtipulatur oĩno zaſi⁹,[a] merũq; imperiũ hîc dici, quod remotũ ſit a priuata vtilitate. nec aliquo proprii commodi compẽdio permixtum. Salomonius[b] autem quid merum mixtumque imperium, quid iuriſdictio ſit, & cur ita dicantur, non tam aperte declarat quã alii, tametſi Alciati & Longouallii ſententias tenere ſe ſatis aperit, ſed propoſitis tantum quibuſdam de his rebus quæſtionibus, quoniam verborum ſignificata nõ tenet, fluctuat amiſſo ceu nauis in æquore malo. Nos autem hanc de mero imperio opinionẽ confutabimus: primumque ex ipſorum verborum vi, propriaque ſignificatione argumenta deducemus, quæ inter prima præcipuaque Cicero numerat,[c] eiſque ipſis cum Alciato, Lõgouallio, zaſio, & reliquis qui inculpate loquendi religionem tuentur, agemus: docebimuſque complexũ hoc imperium merum non poſſe ſignificare ſolam gladii poteſtatem, tum gladium non cuiuſcunque coercitionis animaduerſionis ve generale nomen eſſe, ſed vnius duntaxat ſpeciei. Tum verbum animaduertendi ad cauſarũ cognitionem nullo modo pertinere, ſed ad meram executionem, deque ea iureconſultum duntaxat in hoc reſponſo loqui. Poſtremo demonſtrabimus, nihil eſſe in eodem reſponſo quod diffinitionis naturam redoleat. Denique nos ex iureconſultorum reſponſis aliquot probabimus luculenter imperium merum aliud eſſe quam de cauſſis criminalib⁹ cognoſcendi iudicandique poteſtatem.

a zaſius in parati. huius titu. & in lectura.

b Salo. in. l. i. ſup. tit. ii.

c Cice. in topi.

1 Dictiones has imperium merum ſeparatas nõ pertinere ad ſolam gladii poteſtatem ideoq; nec coniunctas id ſignificare poſſe.

2 Merum non ſignificare liberum aut remotum, erraſſeq; Alciatum & zaſium in hui⁹ nominis interpretatione.

3 Non eſſe iudici liberum in omnibus criminib⁹ quam velit pœnam ſtatuere.

Caput Sextum.

1 PRimum igitur, quid eſt (quæſo) in hoc cõplexu imperium merum, quod gladii animaduerſioniſque ſignificationem habeat? Neutra enim dictionum, cauſſarum criminalium exercitionem aut executionem, magis quam mere ciuilium ſignificat. Non dictio imperium, hoc enim in adoptionibus verſatur,[a] imperio enim magiſtratus adoptamus, hoc in omnium cauſſarum etiam mere ciuilium executionibus,[b] in miſſionibus in poſſeſſionem bonorum,[c] in quibus nullum gladii poteſtati locum eſſe nemo ignorat, denique conſules imperium habere certiſſimum eſt,[d] nullam tamẽ animaduerſionem.[e] Et cum iureconſultus ait, quod iuſſit vetuitve prætor contrario imperio tollere & remittere poteſt,[f] vtrum hic verbum imperii animaduerſionẽ, an vero quęcunque iuſſum potius ſignificat? Et cum idem [g] ait legis virtus imperare eſt, vetare, permittere, punire, an imperandi verbum animaduerſionem deſignet, cum illi ſtatim puniendi verbum adiiciatur? Ecquis enĩ eſt qui ignoret imperare nihil aliud eſſe quam iubere ac poteſtatis quodã iure præcipere,[h] nõ autẽ coercere? aut quis Lõgouallio ſubſcribat docẽti, imperiũ nihil aliud ſignificare quam animaduerſionem aut coercitionẽ? Nõ

a l.i.ſuþ.de adoptio.

b l.etſi prætor.ff. eodem.

c l.prox.ff.eo.

d l.ii.ff.de in ius voc.

e l.i.ff.de offi. conſu.

f l.quod iuſſit.ff. de re iud.

g l.legis.ſupr.de legib.

h l.liber homo ſi iuſſu.ff. ad leg. aquil.l.idonei.de teſtib.ff.

ignoro imperiũ hoc I lictor, colliga manus, capite mul cta, animaduerſionem continere, hoc autem præhendatur in carcerem aut in vincula coniiciatur, coercitionẽ, ac non inde conſequens eſt imperium animaduerſionẽ coercitionemve ſignificare. Nam & amphora vinum cõ z tinet, non tamen vinum ſignificat. Similiter meri adpellatio animaduerſionis coercitionisve ſignificationẽ nullam habet, nam & actionem meram pœnam continere non criminalem ſed ciuilem dicimus [a] & merum iudicis prætorisve officium [b] merum ius gentium, cum de coercitione nulla eſt mentio. Itaque ſi nec imperiũ, nec merum, gladii poteſtatem ſeparata ſignificant, ergo nec coniuncta. Etenim dictio compoſita nullum aliud ſignificatum habere poteſt, niſi quod vtrique parti ſeparatæ dictionis conueniat. Ideoque nemo dixerit dictionem magiſter cõpoſitam eſſe ex aduerbiis magis & ter, quãuis a magis aut potius a monſtrando monendove deriuari exiſtiment, [c] quia coniuncta illa, ſignificato non cõueniunt, nec eadem ratione calceamentum ex dictionibus calceo, & mente, aut (quod ineptus eſt) pauimentũ ex verbo pauito, & mente, quia videlicet naturali ſignificato dictionis pauimenti non conueniunt. Solent enĩ dictionis compoſitæ partes vbi ſeparatæ fuerint, ſignificatum demonſtrare: vt ſiquis intellexerit quid ſit ius, dicere, diſparatis dictionibus, mox intelliget quid ſit iurisdictio, vox ex vtroque compoſita. Si igitur cõpoſita dictio non niſi ſignificatum illud retinere poteſt, quod partium ſeparatarum ſignificationi conueniens communeque ſit, quanto minus integrarum dictionum complexus id ſignificabit, quod nullius partis ſignificato conuenire poteſt? Nam per compoſitionem verba deſinunt ſignificare (inquit Ariſtoteles) contra vero in plurium dictionum complexu, atque in oratione, omnes partes ſignificatum ſuum retinere manifeſtum eſt.

a l.i.§.fina.ff. ſiquis dicent. non ob temp. glo. §. ex maleficiis. inſtit. de actio.

b l. v. §. iudiciales. & §. ſeq. de verbo. oblig. ff. & iſtit. de diuer. ſtipulat.

c l. quibus. ff. de verbo. ſignifica.

Quo fit vt ſi nec imperium, nec merum animaduerſionis gladii, coertionisve, ſignificationem vllam habent, nec eorum complexus animaduerſionis ſignificatũ habere poteſt. At (inquies) imperium merũ eſt habere gladii poteſtatem ad animaduertendum,[a] fateor, at nõ inde conſequens eſt, imperium merum id ſignificare. Nã & fortitudo eſt pro patria morti ſeſe deuouere, non tamen id fortitudo ſignificat: virtus eſt vitium fugere, non tamen virtutis vox id ſignificat: fœliciſſima (inquiũt) vita eſt nihil ſapere, & tamen ſiquis roget quid vita ſit, aut quid vitæ vox ſignificet, nemo (vt opinor) tam ignarus aut ſtultus eſt, qui reſpondeat ſignificare rerum omnium ignorationẽ. Neque enim verbum eſt vbique rei ſubſtãtiam naturaleque ſignificatum deſignat demonſtratve. Itaque imperii meri diffinitio ea eſſe non poteſt, habere gladii poteſtatem. &c. Cum omnis diffinitio rei ſubſtantiam, naturaleque eius quod diffinitur ſignificatum continere debeat. Quo mihi magis mirum eſt tradidiſſe Andream Alciatum.[b] imperium merum nihil aliud eſſe quam rerum criminalium cognitionem, iudicandique poteſtatem: atque ideo merum dici quaſi liberũ, quod liberum ſit iudici, quam potiſſimum pœnã irroget. Nã (bona eius venia dixerim) dupliciter errat. Primũ quod merum non ſignificat liberum, nec liberos homines meros adpellamus, nec quemadmodum dicimus liberum eſt ius dicenti quidquam addicere, ita dicemus merum eſt ius dicenti, tum quod nõ eſt in arbitrio ius dicentis, quam potiſſimum pœnam irroget. Nam in pœnis ſtatuendis non habet iudex liberum arbitrium, pœnæ enim perſecutio (inquit iureconſultus) non iudicis voluntati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur[c] & legum ſeueritas in ſtatuendis pœnis, quãuis cũ aliquo lenitatis tẽperamento, ſeruenda eſt.[d] quamuis denique ordo exercendorum capitalium iudiciorum in vſu eſſe deſierit, durat tamen

a in hac. l. imperium.

b Alcia. in. l. poteſtatis. de verb. ſig.

c l. i. §. ad ſenatuſcon. turpil.

d Reſpiciendum §. de pœnis.

Digitized by Google

rat tamen legum pœna [a] nec Alciati opinio quod in hãc ſententiam citari ſolet reſpõſo [b] confirmatur: in eo enim de criminibus potiſſimũ extraordinariis (de quib⁹ alibi diſputabitur) [c] ſermo eſt, nõ de his quorum pœna legib⁹ ſtatuta eſt, in illis enim vel grauiorem vel leuiorem pœnam infligere iudici permiſſum eſt: quia cum ea crimina nec legitima ſint, nec certa illis pœna lege ſtatuta ſit, in arbitrio ius dicentis relicta videtur, [d] at vbi lex pœnã certam ſtatuit, eam ſequi ius dicentem oportet. Sic & imperator ait [e] quædã eſſe crimina quæ legibus aut extraordinem coercẽtur: legibus (inquam) id eſt certis ſtatutiſque legibus pœnis, extra ordinem vero iudicis arbitrio, cum nulla legibus pœna præſcripta ſtatutaque reperiatur. Aut ſi imperium merũ poteſtas de cauſſis criminalibus cognoſcendi iudicandique dicitur, quaſi liberum, quid quæſo erit mixtum imperium? & cur mixtum dicetur? ſunt enim ſubdiſiunctiua, ex quorum natura dicendum erit, mixtum imperium eſſe poteſtatẽ animaduertendi, partim in ius dicentis arbitrio, partim in legis authoritate poſitam. Nec mihi minus mirum videtur, quod zaſius tradidit, [f] imperium hoc de quo qrærimus, ideo merum appellari quia remotum ſit a priuata vtilitate, nec aliquo proprii commodi compẽdio permixtum. Nam & falſum eſt merum ſignificare remotũ, nec magis verum in accuſationibus priuatam nullã vtilitatem verſari. Nam in omnium fere, etiam publicorũ iudiciorum accuſationibus, certum eſt, priuati cuiuſpiã intereſſe, eumque hoc nomine ſi plures exiſtant accuſatores cæteris anteferri. [g] Porro ſi imperium merum in anquiſitionibus, reique criminalis cognitione verſatur, & ideo merũ dicitur quia remotum a priuata vtilitate, quid erit mixtum imperium quæſo? & an ideo mixtum ex ſubdiſiunctiuorum natura, quaſi partim in publica, partim in priuata vtilitate poſitũ? Hæc ſane nullam ra-

a l. ordo. de pub. iudi. ʒ.
b l. hodie. ʒ. de pœnis.
c Iſago. cap. iiii. & xiii.
d l. pen. ʒ. de cri. ſtellio.
e l. i. C. vbi de crimi. agi.
f zaſius in lect. huius tit.
g c. ſi plures. ʒ. de accuſat.

Digitized by Google

tionem habent, mirorque ea viris tam eruditis, tam oſcitanter (pace eorum dixerim) excidiſſe. Itaque cum imperium latine loquentibus præceptum iuſſumque ſignificet, merum autem ſolum & per tranſlationem purum, nec alteri rei permixtum, imperium merum nihil aliud vi quidem ipſa ſignificare poteſt, quam præceptum iuſſumque nulli iuriſdictioni coniunctum nec permixtum, idque ex ſubdiſiunctiuorum natura, nam mixtum imperium eſſe iureſconſultus ait,[a] aut quod cohæret iuriſdictioni, aut cui iuriſdictio ineſt: ſed hæc ad ſequentem libellum pertinent. Non eſt igitur meri imperii diffinitio habere gladii poteſtatem. & cætera. Nec merum imperium id ſignificare poteſt: niſi quis credat iureconſultos noſtros, iiſdem verborum portentis iuris ciuilis ſcientiam tradidiſſe, quibus ii quos iureconſultus[b] magos adpellare videtur, genios ſuos euocare, aut alcumiſtæ metalla ſua deſignare ſolent: aut niſi quis dicat cum Accurſio[c] imperium merum magiſtralia verba eſſe, quorum nec origo nec ratio inquirenda ſit.

a In hac.l. imperiũ.&.l.i.§.q mãdatam.in fi.ſupr. tit.ii.

b l.cæteræ.§.famil.erciſcundæ.

c glo.rubri.ſol.to matrimo.

1 Verbum gladii non omnia coercitionum genera ſignificare, ſed ſpeciei nomen eſſe.

2 Quomodo genus pro ſua ſpecie ſumitur.

3 Declarãtur.l.aut damnum.§.i. infra de pœnis.l.nemo poteſt infra de regulis iuris cum.l.ſolet ſupra de officio pro conſ.&.l.illicitas.§. qui vniuerſas.de offic.præſid.ſupra.

4 Quamuis excommunicationis gladius interdum dicatur, non tamen id ex propria vi verbi ſignificari.

Caput Septimum.

Vnc autem diffinitionis (quam putant) imperii meri ſingulas partes diſcutiamus, Im- 1
n perium merum (inquiũt) eſt gladii poteſtas. & cætera, id eſt (inquit Alciatus) poteſtas cuiuſcunque pœnæ conſtituendæ ex delicto: ſubſcribit Longouallius. Habere igitur poteſtatem gladii, ſignificat poſſe de quacunque cauſa criminali cognoſcere ac iudicare. Atque hic (inquiunt) [a] gladii verbum ſignificat quancunque coercitionem ac animaduerſionem generaliter. Ego vero gladium ſpeciei verbum eſſe, non cauſſæ cognitionem ſignificãs, ſed ipſum enſem inſtrumentumque ferreum quo damnatorum capita amputari ſolent aio. Iureconſultus ait, [b] vita adimitur vt puta ſi damnatur aliquis vt gladio in eum animaduertatur, ſed animaduerti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel fuſtibus, vel aliquo alio modo. Aliud igitur eſt gladius, aliud telum aliud ſecuris: & quis neget hic gladium ipſum tantum enſem ſignificare? non autem animaduerſionis genus quodcunque eſſe? Reſpõdet Longouallius, [c] in ſupradicto reſponſo gladium vnicam animaduerſionis ſpeciem ſignificare, quia iudicis ſententia vnico certoque modo intelligenda eſt. [d] Itaque ſiquis damnatur vt gladio animaduertatur, non niſi gladio puniendus eſt, vt certa ſit iudicis ſententia. Simile eſt (inquit) capitale iudicium eſt, quod aut vitam adimit, aut libertatem, aut ciuitatem, quod ſi iudex capitali pœna quem damnet, deportatione tantum damnat⁹ intelligitur. Eſto ſane, Atqui cũ iudex ĩ quẽ gladio

a Alcia. lib. ii. parado. c. vii. Lõgoual. in. iii. parte repetit.

b l. aut dãnum. §. i. ſ. de pœnis.

c Longo. in ſecũda parte. d. rep.

d §. Curare. inſti. de actio.

Digitized by Google

animaduerti ſententia ſua iuſſit,ſi gladii appellatiõe omne animaduerſionis genus cõtinetur,de minimo gladio (ſi ita iuxta Longouallii doctrinam licet dicere) ſententiam interpretabimur:hoc enim pacto etiam certa erit ſententia,quemadmodum cum quis capitali iudicio dã natus eſt,de minima capitali pœna,deportatione videlicet damnatum intelligi ait. Deinde quoties lex gladio animaduerti iubebit,[a] de minima pœna ſtatuenda intelligendum erit,nam interpretatione,legum pœnæ molliendæ ſunt,[b] & in pœnalibus cauſſis benignius interpretã dum ſũt[c] Et tamen ſiue lex ſiue iudex in aliquem gladio animaduerti iubet,vitæ tantum ademptionem intelligimus.[d] At (inquit Longouallius) famoſius ſignificatum accipiendum,gladii autem famoſius eſt vitæ ademptio. Falſum eſt cũ de pœnis agitur notabilius ſignificatum amplectendum eſſe,aut nõ eſt verum quod prius dixit, capitalem condemnationem pœnamve aut iudiciũ capitale,pro deportatione accipiendũ,nam capitalis condemnationis notabilius reliquis ſignificatũ eſt, vitæ ademptio[e] ea enim capitalium pœnarũ primum locũ obtinet.[f] & tamen capitalis pœnæ condemnationem, ſolã deportationem interpretatur. Deinde iurecõſultus ait.[g] Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam,vel cuiuſcũque alterius coercitionis in alium transferre. Cum igitur alia quædam ſit quam gladii coercitio, non omnia animaduerſionum genera gladius continet. Reſpondet Longouallius , non eſt inconueniens verbum generale aliquando ſpecialiter ſumi , ratione alterius verbi adiuncti:vt(inquit) adoptio generis nomẽ eſt,cõplectiturq; duplicẽ ſpeciẽ: at ſi ei adiiciatur verbũ arrogatio,ita forte nulla arrogatio aut adoptio naturalia iura dirimit, hic verbũ adoptio ſpãliter ſumitur, queãdmodũ ſiqs dicat, homo & animal ſẽtiũt,hic animalis verbũ alioq generale ad ſuã tãtũ ſpeciem cõtrahitur, vt bruta

a l.cũ vir.C.ad.l. Iul.de adult.

b l.interpretatione.ff de pœnis.

c l.factum.§.fin. ff.de regu.iur.

d d.l.aut dãnum. §.fina.

e d.l.licet capitalis. vbi Alcia.ff.de verbo.ſigni.

f Capitalium.ff. de pœn.

g l.nemo poteſt ff.de regu. iur.l.ſolet.ſupr . de offi. proconſ.

tantum complectatur, quæ quidem regula in iure noſtro frequentiſſima eſt. Atqui ea locum habet inter genus & ſuam ſpeciem coniuncta, vt in ſuperioribus exemplis, verum inter duo conuertibilia, idemq; prorſus continentia nullum officium habet. Conuertuntur animal & ſenſibile, quis ferat hanc enũtiationem? Nullum animal, nec quodcunque aliud ſenſibile dolorem appetit: nam propter dictionem aliud, conſequens eſſet quoddã animal eſſe quod ſenſibile nõ ſit. Qua ratione ſi gladius generis nomen eſt, coercitionem omnem cõplectens, ineptum eſt quod iureconſultus ait, nemo poteſt gladii poteſtatem aut cuiuſcunque alterius coercitionis in alium transferre: aut falſum, cum inde conſequens ſit quandam eſſe aliam quam gladii coercitionem: aut certe ſuperflue poſt gladii verbum, quæcũq; coercitio adiecta eſt. Quin potius quædam alia eſt quam gladii coercitio, nec gladius omnem coercitionem continet. Rurſum iureconſultus ait,[a] Qui vniuerſas prouincias regũt ius gladii habent, & in metallũ dandi poteſtas eis promiſſa eſt, ſi gladius omnem animaduerſionem generaliter continet, cur addidit, & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa eſt? ſuperflue enim ſi gladius cuiuſcunq; pœnæ genus eſt. Reſpondet Longouallius, [b] ſatis ſuperque fuerat ſi tantum gladii ius dixiſſet, nec alterum additũ eſſet, quia ſub gladii iure hoc continebatur: ſuperfluum eſt igitur, & tamẽ nihil in iure ſuperfluum eſſe dicimus,[c] verum (inquit) ſimilis locutio his eſt, dicite diſcipulis eius & Petro, [d] de ſeruitutibus & aqua, [e] tranſigere vel paciſci, [f] ſatis enim alioqui fuerat dicere, dicite diſcipulis, de ſeruitutibus, paciſci, ſub his enim Petrus, aqua, & tranſigere, ſatis cõtinebantur. Atqui huiuſmodi locutiones tunc admittuntur, quoties ſpecialis quædam ratio eſt propter quã ſpecies quæ ſuum genus ſubit ſequiturque, nominatim exprimi debeat: veluti ſiquis dicat, nullũ animal ſed ne ho-

a l. illicitas. §. qui vniuerſas. ſupr. de offi. præſi. [illegible]

b Longoua. in. ii. parte. d. repetitionis.

c l. i. §. i. C. de emẽda. cod. iuſti.

d In euãg. Marc. cap. xvi.

e Rubr. C. de ſerui. & aq.

f l. tranſigere. C. de tranſac.

mo quidem fatum vitare poteſt. Nam cætera animantia quæ paulum admodũ ſentiunt quod adeſt quodque preſens eſt tantum, facilius creduntur fatum vitare nõ poſſe, cum nihil neque prouideant neque præſagiãt: homo autem quia rationis eſt particeps, vtrunque facit, proptereaque ſi quoquo modo, aut a quoquam fatum vitari poſſet, ab eo maxime poſſe videbatur. Itaque ſupradicta locutio non inepta eſt, nam quæ magis notabilia ſunt, quodã modo cenſentur omiſſa niſi nominatim exprimantur, nec ſatis eſt ea ſub genere cõplecti.[a] Sic prætor in factum actionem aduerſus nautas, caupones, ſtabularios prodidit, tametſi neceſſaria omnino non erat: ciuilis enim actio prodita eſt quibuſcunque caſibus illa cõpetit: ſed ideo eam prodidit, vt innoteſceret eũ quoq; curã agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominũ:[b] quaſi non ſatis alioqui eſſet iure ciuili eos reprimi, propterea quod nulla tam diligens cautio ſanctiove illis opponi poteſt, vt fraudibus abſtineant.[c] Similiter in euãgelio Chriſtus ait. dicite diſcipulis & Petro, quia cũ omnibus quidem, tum vero ac imprimis Petro dictum volebat. Eadem quoque ratione Imperator ita concepit rubricam, de ſeruitutibus & aqua, quia de omnibus quidem ſeruitutibus in ea tractat, maxime vero nec niſi fere de aquæ ſeruitute. Huius profecto ordinis non ſunt quæ Longouallius addidit. Trãſigere vel paciſci, fallitur que in eorum verborũ intellectu, quæ rectius Alciatus[d] interpretatus eſt vim verborum ſecutus. At nihil præcipuũ eſt in metalli datione, propter quod ſpecialiter nominatimque a iureconſulto addendum fuerit, & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa eſt, poſteaquam eos ius gladii habere dixerat. Nam poteſtas gladii ius vitæ adimendæ ſignificat,[e] qua minor eſt in metallum datio, illa enim inter capitales pœnas primum præcipuumq; locum obtinet.[f] Et profecto, ſi gladius pœnarum omne

a l. ſẽ annd. §. hoc edictu. ff. de iniuriis.

b l. iii ff nautæ cau po. ſtab.

c l. i. eo. tit.

d Alciat. in d. l. tranſigere.

e l. aut dãnũ §. i ff de pœnis.

f l. capitaliũ. ff. de pœnis.

genus nomē eſt, ſatis ſuperque fuerat ſi tantum iureconſultus [a] dixiſſet, Qui vniuerſas prouincias regunt ius gladii habent, nec addidiſſet, & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa eſt: imo vero nimium falſumque dixiſſet: nā præſes prouinciæ, in inſulam deportare nō poteſt, [b] quæ capitalium poſtrema pœna eſt, [c] quanuis gladio vitam adimere, & in metallum dare (quæ grauiores ſunt animaduerſiones) poſſit, non eſt igitur gladius cuiuſcunq; animaduerſionis genus. Ac vero ne citra vllum operæ- 3
precium de gladii verbo digladiatum inter nos ſit, referam eum qui mihi videtur veriſſimus eſſe præcedētium reſponſorum intellectum. Quod iureconſultus ait, [d] vita adimitur &c. ſignificat hanc ſententiam condemnationemque, Condemno Titium vt in eum gladio animaduertatur, continere vitæ naturalis ademptionem: verum eius ſententiæ executio non telo aut quacunque alia vi fieri debet, quinimo ſolo enſe gladiove ipſo condemnati caput amputandū eſt, ſeruandaque eſt executionis forma, in ipſa ſententia præſcripta. Alterum reſpōſum eſt. [e] Nemo poteſt ius gladii &c. Id eſt nemo poteſt in alium transferre aut delegare, ius gladio exequendi capitalem ſententiam, aut ius cuiuſcunque alterius coercitionis: id eſt ius quomodocunque animaduertendi exequendive quancunque ſententiam criminalem, animaduerſionem continētem. Poſtremum eſt. [f] Qui vniuerſas prouincias regunt ius gladii habent, id eſt poteſtatē amputandi capitis gladioque capitalem ſententiam exequendi: & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa eſt: dare in metallum executionis eſt. Similiter & in inſulā deportare executionis eſt. Itaque præſes prouinciæ deportationis ſententiam exequi non poteſt, cuius rei optimam rationem Accurſius [g] reddidit, quanuis ſummo quidē iure deportationis ſententiā ferre ipſe poſſit. [h] Quo fit vt in ſupradictis omnibus atq; adeo in hoc reſpōſo noſtro, non de

a d.l.illicitas.§.q vniuerſas.
b l.ii.§.i.verſi.pſi dem.ff.de pœnis.
c d.l.capitalium.
d d.l.aut.dānū.§.i
e d.l.nemo.ff.de re.iur.& l.ſolet.ſupra de offi.procō.
f d.l.illicitas.§.q vniuerſas ſup. de offi.præſid.
g gloſ.in.d.§.qui vniuerſas.
h l.i.§.hi quibus ff.de leg.iii.

cauſſarũ criminaliũ cognitionibus iudicationibuſve aga
tur, quin potius de earũ executióibus. Etenim magiſtra-
tuũ ac ius dicentiũ poteſtas maieſtaſq; non in cauſſarum
iudicationibus ſed in rerum iudicatarũ executionibus,
conſiſtit. Nam conſtat exactis regibus conſules etiam de
capite ciuis Romani ius dicere potuiſſe, animaduerſio-
nem tamen nullam habuiſſe,[a] ſed ea popularis erat po-
teſtatis. Dictatoribus autem creatis non ſolum iudican-
di poteſtas illis data eſt, verum etiam animaduertendi
exequendique,[b] qua ratione (vt & alibi tradetur)[c] dicta-
tores maioris poteſtatis quam conſules fuiſſe tradũtur.
Adde & aliud iureconſulti reſponſum [d] in quo adparet
magiſtratuum poteſtatem in executionibus conſiſtere,
præterea quæ inferius [e] tradentur. Non igitur gladii po
teſtatem habere (vt ad inſtitutum reuertamur) ſignificat
inquirere poſſe ac de quacunq; cauſſa criminali ius ſen-
tentiamque dicere, nec rurſum gladius quancunque ani
4 maduerſionem ſignificat. Nec obſtat quod Lógouallius
tradit excommunicationis gladium aut mucronem di-
ci,[f] tum quod pótificii iuris authoritatem cum de recte
loquendi ratione ſermo eſt, non ſequor, nihil enim pu-
rum, caſtũ, religioſumve in eo reperias, tum quod figu-
rata locutio eſt, ex eo ſumpta quod excommunicatio e
conſortio ac veluti Chriſtianorum medio quem tolle-
re credatur, quemadmodum gladius e medio viuẽtium
damnatũm. Verum huiuſmodi allegoriæ tametſi orato-
res his vtuntur nonnunquam, nam & Cicero[g] (vt ne a
propoſito recedamus) ita ait, nec cenſorium ſtylum cu-
ius mucronem multis remediis maiores noſtri retude-
runt, æque poſthac atque illum gladium dictatoriũ per-
timeſcamus. iurecóſultis tamen noſtris nullo in vſu eſſe
poſſunt: naturalem enim ſemper verborũ ſignificationẽ
amplectimur. Nam vbi (quæſo) toto iuris ciuilis corpo-
re reperias, gladiũ deportationis, damnationis in me-
tallum

a l.ii.§.exactis. ſupr.de origi. iur.

b d.§.exactis.& §.ſeq.

c Infr.lib.ii.c.iii.

d l.ſi quis miſſus. §.ne vis fiat ei qui in poſſ.

e Infr. li.ii.c.iiii.

f cap. ſollicitudinem. de appel. ca. quoniam in pleriſque.de offi. ordina. extra.

g Cicero in oratione pro Cluentio.

tallum,aut gladium exuſtionis,crucisve? Denique nulla res allegorice finiri poteſt, quis enim non irrideat hanc hominis finitionem? Homo eſt arbor inuerſa rationalis. Nam cum finitio rei ſubſtantiam naturamque continere debeat, adſumendum eſt pro genere id quod homo eſt, nempe animal. Itaque cum nuſquā gladii nomen omne genus animaduerſionis ſignificare poteſt, tum vero in diffinitione. Vt mirum ſit Andream Alciatum tradidiſſe, [a] allegoriam non temere apud iureconſultos noſtros reperiri (inquit) perpetua & remota ſit tranſlatio apud nos,in vſu eſſe nequit, qui ex verbis volūtatem coniicimus: alioqui quot capita tot eſſent ſententiæ. Et tamen eodem loco ſubieciſſe,gladii poteſtatem ius quodcūque facinoroſos puniendi allegorice ſignificare apud iurecōſultum. [b] Nam ſi nuſquam allegoriis iureconſultus vtitur,minime vero in diffinitionibus apud quencunq; authorem ferendæ ſunt: & tamen imperii meri diffinitionem eſſe ait,habere gladii poteſtatē &c.Non poteſt igitur gladius ſaltem in diffinitione omnem animaduerſionē ſignificare. Neque enim ſum neſcius gladii geſtationem cuiuſcunque animaduerſionis poteſtatē ſignificare, aut potius indicare.Nō enim (inquit Paulus)[c] princeps fruſtra gladium portat,nam dei miniſter eſt,vltor ad irā ei qui quod malum eſt fecerit, hac videlicet ratione, quod cum gladii, id eſt vitæ adimendæ (quæ omnium ſumma eſt)[d] poteſtatem habeat,multo magis & reliquas minores inferioreſque habere intelligitur. [e] Quēadmodum & duodecim faſces virgarū intra quas ſecuris obligata erat,quos quidem faſces conſulibus lictores præferebant, ſummum conſulum ius ſignificabant, neque tamen quiſquam propterea vnquam tradidit ſecurim, virgarūve faſces ſignificare conſtituendæ cuiuſcunque pœnæ poteſtatem:cum id ex impoſitione non ſignificarent, ſed quaſi hedera ſuſpenſa vinum venale. Aut cur potius

a Alcia.lib.iiii.dē verb.ſignifi.

b In hac.l.īperiū.

c Paul. ad Ro.iii.

d d.l.capitalium

e l.nō debet.§.de regul.iur.

gladius quam ſecuris, telum, dolabra, omne pœnarum genus ſignificet quæſo? Igitur gladius non ſignificat conſtituendæ cuiuſcunque ex delicto pœnæ poteſtaté, cauſſarúve criminalium cognitionem, nec cuiuſcunque animaduerſionis generale nomen eſt, ſed eum demũ ipſum enſem ſignificat, quo damnatorum capita amputari ſolent. Nec aliter exiſtimabit quiſquis ſemota Alciati, Longouallii, aut cuiuſcunque alterius opinionis effectione iureconſultorum reſponſa (quibus ſuperius actum eſt)[a] bona fide ac cum iudicio perpenderit.

a l. nemo pōt. ff. de reg. iu. l. ſolet. ſupra de offi. pcōſ. l. aut dānū. § . i. de pœnis. ff. l. illicitas. § q vniuerſas. ſupra de offic. præſid.

1 Animaduertendi animaduerſioniſque verba non ad cauſſarum criminalium cognitionem ſed ad ſententiarum criminalium executionem pertinere.

Caput octauum.

Erum his amplius probandum eſt imperium merum non conſiſtere in anquiſitionibus rerumve criminaliũ cognitionibus. Sequitur in diffinitione. Ad animaduerté dũ in facinoroſos homines. Quæro vtrũ animaduerſio cognitionis, an vero executionis nomen ſit? Iureconſultus ait,[a] vita adimitur vt puta ſi damnatur aliquis vt gladio in eum animaduertatur, quis hic neget executionis verbum eſſe? ſequitur ibidem, ſed animaduerti oportet gladio non ſecuri &c. quis hic dicat animaduerti id eſt cognoſci? non enim (opinor) gladio fit ipſa cauſſæ cognitio. Idem ait,[b] at ſi fiunt apud nos rei ex fœderatis ciuitatibus, & in eos damnatos animaduertimus: in damnatos autem non cauſſæ amplius cognitio, ſed executio tantum adhibetur.[c] Idem ait,[d] Capitis pœna eſt vel beſtiis obiici vel ſimiles pœnas pati, vel

a l. aut dānū. § . i. ff. de pœnis.

b l. nō dubito in fine. ff de ca. & poſtli. reuerſ.

c l. ſi quis forte ff. de penis.

d l. reſpiciēdū. § . ſi. eo. tit.

Digitized by Google

animaduerti. Idem, [a] Itaque hi in quos animaduerti iubetur, quive ad beſtias dantur, confeſtim ſerui pœnæ fiunt, hic de iam damnatis ſermonem eſſe manifeſtum eſt, aduerſus quos (vt iam dictũ eſt) nulla eſt amplius cauſſæ cognitio, ſed ſola executio. Deinde ſi verbum animaduerſionis cauſſæ criminalis cognitionem ſignificaret, falſum eſſet quod iureconſultus ait, eos in quos animaduerti iubetur confeſtim ſeruos pœnæ fieri: nam hi in quos iubetur inquiri, quique accuſantur, cõfeſtim ſerui pœnæ non fiunt, ſed lata demum ſententia: [b] quinimo & lata ſententia ſi ab ea procatum ſit, adhuc integro ſtatu ſunt, [c] & quod eo tempore teſtamentum ab eis fit valet. [d] Denique iureconſultus ait [e] de proconſulis legato loquens, neque enim animaduertẽdi coercendi vel atrociter verberandi ius habet, quis hic neget eſſe executionis? Idem [f] de conſulibus loquẽs, ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege lata factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, neve poſſent incaput ciuis Romani animaduertere. Si conſtitutum fuit vt ab eis prouocatio eſſet ad populum, ac ne in caput ciuis Romani animaduerterent, animaduerſionis atque adeo capitalis pœnæ ſententiam ferebant, ſummum enim ius habebant, nec prouocatio niſi lata ſententia ferri ſolet. [g] Indicabat & ſecuris quam lictores intra virgarum faſces obligatam illis præferebant, poſſe capitis ſententiam ferre, & tamen animaduertere non poterant, non igitur animaduertere & anquirere eadem ſunt. Idem [h] Corpora enim animaduerſorum quibuſlibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt. Porro ex cæteris authoribus innumerabiles loci adferri poſſunt, verum vnicus ex Cicerone ſufficiet. [i] Maiores (inquit) noſtri nunquam, neque iudiciũ nominauerunt, neque perinde vt rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem, atque authoritatem cenſoriam. Idem eodem loco. Hoc primum

a l.quod ad ſtatũ. cod. tit. ℥.

b l. qui vltimo. l. in ſeruorum. eod. tit.

c l. furti. ℥. de his q notant infa.

d l. cura latrõibus. §. fi. de teſta ℥.

e l. ſi quid erit. ſupra de off. procon.

f l. ii. §. deinde ex his. ſup. de ori. iur.

g l. ante ſentẽtiã. ℥. de appel. recip.

h l. fi. de cad. mor.

i Cice. in oratione pro Aul. Cluentio.

illud commune proponam, nunquam animaduerſionibus cenſoriis hanc ciuitatem ita contentam, vt rebus iudicatis fuiſſe. Idem eodem loco ſæpius, contendens animaduerſiones cenſorias rei iudicatæ pódus authoritatemque non habere. Ex quibus omnibus liquido conſtat animaduerſionis verbum, facti executioniſque eſſe, nec aliter vſquam nec apud iureconſultos noſtros, nec apud idoneum quencunque authoré reperias. Animaduerſio (inquiunt grammatici) modo conſiderationem, modo pœnam hoc eſt punitioné ipſam ſignificat. Cum igitur gladii poteſtas ad animaduertendum, non in cauſſarum criminalium cognitionibus iudicationibuſve, ſed in earundem iudicatarum executionibus conſiſtat, non eſt imperii meri diffinitio habere gladii poteſtatem ad animaduertendum, aut non recte ab Alciato Lógouallio & cæteris intellecta, qui imperium merum in anquiſitionibus cóſtituunt, aut certe nec diffinitio eſt, nec in anquiſitionibus merum imperium conſiſtit, ſed in rerum iudicatarum executionibus, vt ſequenti libro oſtendetur.

1 Non eſſe imperii meri diffinitioné habere gladii poteſtatem, propterea quod nullum genus eſt.

2 Non eſſe eadem habere gladii poteſtaté, & poteſtas gladii quam quis habet.

3 Nuſquã legi cauſſas meri imperii mixtive aut iuriſdictionis.

Caput nonum.

Onſequenter autem diffinitionum formã naturamque obiiciamus,ea eſt, vt ex gene
c re & differentia ſubſtantiali conficiatur. Si i
imperii meri diffinitio eſt, habere gladii poteſtatem ad animaduertendũ in facinoroſos homines,quam etiam ſubſtantialem eſſe profitetur Longouallius,[a] quæro, vbinam huius diffinitionis genus eſt?Habere videlicet gladii poteſtatem,atqui quo modo verbũ hoc habere, nominis genus eſſe poteſt? diuerſæ ſunt orationis partes quarum mutua in eo quod quid eſt prædicatio impoſſibilis eſt:nam verba oĩa aut agere aut pati ſignificant,quorum neutrum nomina ſignificant. Cum ergo imperium merum quale ſit, habere gladii poteſtatem ad animaduertendũ actio paſſiove, (quæ ſuprema diuerſa ſunt genera ac prædicamẽta) neutrum alteri genus eſſe poteſt. Nam prædicamentorum alterum alteri genus eſſe,tam impoſſibile eſt, quam idẽ eſſe & non eſſe. Verum(inquit Longouallius)hæc clauſula,habere gladii poteſtatem,tantũdem valet quaſi di- z
cas,poteſtas gladii quam quis habet,eadem (ſi iocos ad mittat)figura qua dici ſolet perflauit fiſtula buccas. An hæc(quæſo)eadem ſint?Fortitudo eſt infractum in aduerſis animum præſtare, & fortitudo eſt infractus anim⁹ quem quis in aduerſis præſtat?non ſane,hoc enim falſũ, nam fortitudo non eſt animus, illud autem veriſſimum. An hæc iterum eadem ſint? Teſtamẽtifactio eſt poſſe iuſtum teſtamentum facere,& teſtamentifactio eſt iuſtum teſtamentum quod quis facit?nõ ſane,hoc enim falſum illud verum. Quare male mihi de iureconſultis noſtris Longouallius(bona eius venia dixerim) mereri videtur, qui eos prædicat[b] nihil penſi habuiſſe vtrum in diffinitionibus rerum,nominibus an verbis vterentur. Siccine ſibi indulgẽt in diffinitione doli mali quam exacti⁹ examinant?[c]aut vbi prætereatam licẽtioſe,quidquã dif-

a longo.in.ii. parte d.repeti.

b lõgoual. in ii. parte d.repet.

c l.i.§.i.J. de dol.

Digitized by Google

finierunt?proferat iam locum vel vnicum totis quinqua
ginta digeſtorum libris,& nos cui illo promiſcuum ver
borum nominumque vſum,eloquentiæ nitorem adpel-
labimus. Similiter & inculpate loquendi religionem,re
ctequе,atq; ex dialectices præſcripto finiendi artem, cũ
illo eſſe dicemus leguleiorum ranciditates, ſuperſtitio-
ſaſque dialecticorum regulas. Nec illi præterea largien
dum puto vt hæc oratio,imperium merum eſt habere
gladii poteſtatem ad animaduertendum, non diſcuſſis
ſingulis partibus nihil aliud ſignificet, quam imperium
merum eſt poteſtas de quocunque crimine inquirendi.
Cõſultius enim eſt ſingulorum verborum vim, propriã
que eorum naturam ac ſignificationem exquirere (quã
uis qui id faciunt,rancidos ſuperſtitioſoſque legum in-
terpretes adpellet) quam confuſam veluti ſummam nõ
excuſſis ſingulis nominibus,nec ad calculum redactis,
acceptam(vti ille iubet)ferre. Itaq; cum imperium me-
rum ex neutrius verbi vi,gladii ſignificationem habeat,
nec gladii poteſtas,rei criminalis cognitioẽ, aut quã-
cunque coercitioẽ ſignificet,nec animaduerſionis vox
cognitionis ſed executionis tantum ſit,cum denique in
hoc rẽſponſo,imperium merum eſt habere gladii pote-
ſtatem &c. nihil ſit quod generis loco eſſe poſſit, conſe-
quens eſt,nec imperium merum hic diffiniri,nec in cauſ
3 ſarum criminalium cognitionibus conſiſtere. Atque il-
lud profiteri auſim,quoties de rei criminalis cognitio-
ne agitur,nunquam iureconſultum imperii meri verbis
vti,penes conſules(inquit)[a] vti ſummum ius eſſet lege
rogatum eſt,nam etiam capitis ſententiã ferebant, quã-
uis eam exequi popularis poteſtatis eſſet:cur hic impe-
rii meri verbis non vtitur?Rurſum cum de criminali pu
blicorum iudiciorum cognitione agitur,[b] cur eodem lo
co ſemel atque iterum iuriſdictionis verbo vtitur, impe
rii meri nunquam?Poſtremo proferatur aut apud iure-

a l.ii.§.exactis ſupra de orig.iur.

b l.ii.ſup.tit.ii.

Digitized by Google

conſultos, aut apud idoneum quencunque authorem vel vnicus locus, vbi cauſſa meri imperii, pro lite capitali criminalive dicatur, ſexies cẽties cauſſam aut litem criminalem capitalemve in in iure legimus, at ſi vel ſemel cauſſam litemve imperii meri, aut mixti, aut iuriſdictionis reperias, tota hac cauſſa cadere volo.

1 Confutatur meri imperii diffinitio ab Alciato & Longouallio tradita.

2 Merum imperium non in cognitionibus cauſſarum ſed in executionibus verſari.

Caput Decimum.

Poſtremo ex iureconſulti paucis aliquot reſponſis argumenta eliciamus, is primũ ait,[a] Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit proprium nihil habet, ſed eius qui mãdauit iuriſdictione vtitur, verius eſt enim more maiorum iuriſdictionem quidem transferri, ſed merum imperium quod lege datur tranſire non poſſe. Itaque iureconſultus concludit delegatum proprium nihil habere ex eo, quod merum imperium non habet. Iã vero ſi merum imperium nihil aliud eſt quam poteſtas de quocunque crimine cognoſcendi iudicandique, ita ratiocinabimur. Proconſulis legatus mandatam iuriſdictionem ſuſcepit,[b] quod inde liquido conſtat, quod priuſquam illi mandata ſit omnino legis apud eum actio nulla eſt: Et verum eſt imperium hoc merum non habere, nam rei apud eum accuſari non poſſunt,[c] nec proconſul in eum ius gladii (id quod Alciatus & Longouallius imperium merum eſſe exiſtimant) transferre poteſt,[d] nec legatus de cauſſis criminalibus ius 1

a l.1. §. qui mã datam ſuſ. tit. ii.

b legati ſuſ. de offic. procõſ. & leg.

c ſolet eo. tit.

d d.l. legati.

dicere poteſt, ſed ad proconſulem damnandos remittere debet:[a] ex his igitur conſequẽs eſſe debet, cũ proprium nihil habere, quia videlicet imperium merũ non habet, hoc autem falſum eſt,[b] ergo imperium merũ nõ eſt poteſtas de cauſſis criminalibus ius dicendi. Tum iudex a principe ſuper cauſſis puta ciuilibus datus, mandatam iuriſdictionem ſuſcepit (vt manifeſtum eſt) & verũ eſt eum merum hoc imperium non habere, nam mandati fines excedere non poteſt, ergo proprium nihil habet, hoc autem falſum eſt, nam is ſolus iudicem dare poteſt, qui propriam iuriſdictionem principaliterque habet,[c] hic iudicem dare poteſt,[d] ergo principaliter propriãq; iuriſdictionem habet. Itaque merum imperium non eſt anquirendi poteſtas. Quomodo autem proconſulis legatus propriam iuriſdictionem habere dicatur, & quatenus de cauſſis criminalibus cognoſcere poſſit, ſimiliter quemadmodum iudex a principe datus propriam habeat iuriſdictionem inferius tractabitur.[e] Rurſum ſi iudex cui publicorum iudiciorum exercitio obtigit abeſſe cœperit, poteſt iudicem dare.[f] Nunc ita ratiocinari licet. Huiuſmodi iudex datus mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, ergo proprium nihil habet, vnde conſequẽs eſt nec merum imperium habere,[g] & tamen rei criminalis cognitionem is habet, non eſt igitur imperium merum anquirendi poteſtas, aut ita, Si inde colligimus eum cui mandata eſt iuriſdictio propriũ nihil habere quia merum imperium non habet, conſequens eſt a contrario ſenſu eum qui merum imperium habebit, propriã iuriſdictionẽ habere: is aũt cui cauſſæ criminalis exercitio cõmiſſa eſt, imperium merum habet, cũ rei criminalis cognitionem habeat, quare propriam iuriſdictionem habeat neceſſe eſt, hoc autem falſum eſt: nam cum mandatam iuriſdictionem ſuſceperit proprium nihil habet.[h] Quæ quidem argumenta multo fortius in delegato a

præfecto

a l. vnica. C. de offic. proco. & lega. & d. l. ſolet.

b d. l. legati.

c more maiorum ſ. eo.

d l. a iudice C. de iudi.

e ſ. lib. ii. ca. xxiii.

f l. i. §. huius rei ſupra tit. ii.

g d. l. i. §. qui mãdatam.

h d. §. qui mandatum.

præfecto vrbi locum habebunt, nam præfectũ vrbi vniuerſaliter iuriſdictionem ſuam reique criminalis cognitionem poſſe mandare inferius probabimus,[a] contra hactenus traditam receptamque ab omnibus opinionem. Poſtremo, nulla eſt grauior cauſſa ſententiave quam capitis, itaque cum poſſent cõſules de capite ciuis Romani ſententiam dicere quãuis dictam nõ exequi, æqualẽ poteſtatem parque imperium cum dictatore eos habuiſſe dicendum eſſet, cum hic de re grauiori ſententiam dicere nõ poſſet, & tamen dictator maioris poteſtatis magiſtratus fuiſſe quam cõſules traditur, quia videlicet ille exequi poterat iniuſſu populi, hi autem niſi iuſſu populi non poterant,[b] ergo poteſtas non in rei criminalis cognitione ſed executione potius cõſiſtit. Quod ſi hoc verum eſt (vt certe eſt) nec imperium merum in anquiſitionibus conſiſtit: nam poteſtas in perſona iudicis imperiũ dicitur,[c] quinimo ſpecialiter poteſtas nil niſi imperium merum eſt.[d] Denique in ſententiarum omnium executionibus verſatur imperium,[e] ſumamus ergo criminalis capitaliſue ſententiæ executionem, cuius erit quæſo imperii? Reſpondebunt (ſat ſcio) Alciatus & cæteri meri imperii eſſe, atqui in huiuſmodi executionibus nulla cauſſæ cognitio admittitur, nec damnatus quidquid alleget quo pœna dicta vitari aut ſuſtineri poſſit, auditur,[f] ergo imperium merum non in cognitionib⁹ ſed executionibus potius conſiſtit: nam & hoc reſponſum[g] noſtrum totum de rei capitalis executione loquitur. Quare (vt finẽ argumentandi faciã) conſtat tum ex propria vi verborũ, tũ ex iureconſultorũ reſpõſis, imperium merum non recte ab Alciato Longouallioque & cæteris diffinitum eſſe, cum in rerum criminalium cognitionibus illud ſtatuunt.

a lib. ii. ſ. ca. xxiii. z

b l. ii. §. exactis eſt §. qui. ſup. de orig. iur.

c l. poteſtatis ſ. de verbo. ſignifi.

d hac. l. imperium

e l. & ſi prætor ſupra titu. ii.

f l. ſiquis forte ſ. de pœnis.

g l. imperium.

1 Cõfutatur Bartoli, de mixto imperio diffinitio.

2 AEtatis veniam dare aut ex naturalibus legiti mos facere, iuriſdictionis eſſe non poſſe.

Caput Vndecimum.

t Ranſeamus nunc ad mixtum imperium, ſed eo breuius agemus quod ſubuerſis (niſi fallor) imperii meri diffinitionibus, ſuſpitio eſt nihilo rectius mixtum imperium finitum eſſe. Itaque Bartolus [a] Petrum a bella pertica ſecutus ita finit, Mixtum imperium eſt iuriſdictio quæ expeditur nobili iudicis officio, priuatam vtilitatem principaliter reſpiciens: vt (inquit) mittere in poſſeſſionem ex primo ſecundove decreto. Verum quēadmodum contra imperii meri diffinitionem ab eo traditam ſuperius obiecimus, ita hunc quoque contra mixtum eius imperium obiicere placet. Quid ſi miſſio fiat in poſſeſſionem domus Titii, quod cum ea loco publico minaretur, damni infecti cauere noluit? ea miſſio eo authore imperii mixti eſt, [b] & tamen ad priuatam vtilitatem non pertinet. Deinde ait [c] mixti imperii eſt expellere quem re ipſa de poſſeſſione. Atqui cū prætor re ipſa eum forte qui vi poſſidet de poſſeſſione decedere cogit, id non fit mero iudicis officio, competit enim actio in factum ex interdicto, putavnde vi. Idem dicemus de cæteris interdictis. [d] Itaque & ſi expellere quem de poſſeſſione ſit mixti imperii, non tamen id expeditur mero iudicis officio. Verum huic argumento reſpōderi poteſt, actionem in factum ex interdictis naſcentem ſubſtitutā ſubrogatāq; eſſe mero iudicis officio, quod quidē olim pro interdictis competebat, nulla autem (vt inferi⁹ dicetur) [e] actio. Rurſum dare bonorū poſſeſ. mixti (inquit) eſt imperii, quid ergo ſi reſpub. inſtituta bonorū poſſeſſionē petat? principaliter ad priuatā vtilitatē non videtur

a Barto. in hac. l. imperiū nūero. xv

b l. iubere ſ. eo.

c Bar. hic nu. xix.

d .§. fi. inſt. de interd. vbi glo. i verbo. vtilis.

e lib. ii. cap. xiii.

pertinere Adde quod Bartolus ait,ætatis veniam dare, 2
ex naturalibus legitimos facere,huius eſſe imperii,[a] fateamur iam nunc illi. Atqui cum princeps alterutrum facit,nihil expeditur iudicis officio nobili. Nam ſi iudicis officio quidquam expeditur, oportet in hac cauſſa iudicem eſſe principem,ſi iudex eſt, & iudicium earum rerum eſſe dicendum eſt,ſi iudicium,neceſſarium eſt actorem & reum eſſe.[b] At vbi quæſo reus in his cauſſis eſſe, aut quis eſſe dici poteſt?quis in ius vocat⁹ eſt aut vbi actor quiſve eſſe poteſt? hiccine qui veniam ætatis ſupplicat?at quem in ius vocauit? a quo quidquam petit? Sane in his negotiis nec iudex, nec actor, nec reus vllus eſt,nec vllum iudicis officium,nec merum nec mixtum verſatur. Nam iudicis merum officium quod in his negotiis exerceri Bartolus ait,actiōis loco intēditur, actio niſque vicem obtinet,adeo vt actionis verbo generaliter contineatur:[c] at ſi in his cauſſis nihil a quoquam petiur quaſi debitum,quomodo actionis loco intendi dicatur? Nam actio rē debitā perſequitur, ſuperuacuū eſt hic diutius immorari.[d] Atque eo vehementius miror Bartoli ſententiam,quæ ſane eum arguit huius ignorantiæ(quāuis falſo)vt quid iudex,quid iudicium, ex quib⁹ iudicium conſtet,quis actor,quiſve reus ſit,neſciret:nec min⁹ ſectatorum eius(ſi dicere auſim) cæcitatē,qui hæc non deprehenderint. Sed aduerſus mixtum Bartoli imperium ſatis,rem enim quā fieri poterit breuiſſime perſtringere volo,vt prudens omittam ineptam illam mixti imperii diuiſionem,in maximum, maius, magnum, paruum, minus, minimum,de qua re ne litera quidem toto iure reperiatur.

a Bar.hic nu.xvii
b c.forus de verb. ſignifi.
c Bart.in.l. prima ſupra eo.
d vide ſ.cap.xxi. libr.ii.

1 Confutatur mixti imperii diffinitio ab Alciato tradita.

Digitized by Google

Caput Duodecimum.

1

a Alcia. lib. ii. paradoxo. cap. viii.
b in hac lege imperium.
c Alcia. in. l. poteſtatis, ff. de verb. ſignifi.
d Alcia. in. l. pecuniæ §. actiōis ff. de verb. ſignifi.
e Alcia. in. l. pecuniæ §. actionis ff. de verb. ſigni.

a

Lciatus autem imperium mixtum his verbis diffiniri ait,[a] cui etiā iuriſdictio ineſt,[b] iuriſdictionem autem ad actiones pertinere ait. Alibi imperium mixtum (inquit) in perſecutionibus conſiſtit.[c] Perſecutio autē (eodē authore)[d] eſt officii iudicis quod nobile (inquit)[e] vocāt imploratio, competitque ex æquitate, loco actionis mero iure deficientis. Sane hæc coherere (pace illi⁹ dicam) nullo modo poſſunt, non magis quam actionem competere, & nullam actionem competere. Nam ſi iuriſdictio actionum eſt, eaque ineſt mixto imperio, conſequens eſt actionē mixto imperio ineſſe: rurſum ſi mixtū imperiū cōſiſtit in perſecutionib⁹, mixto imperio nulla actio ineſſe poteſt: nam iudicis merum (quod ille nobile vocat) officium nūquā vbi ſubeſt actio imploratur.[f] Deinde iureconſultus eo authore diffiniēs[g] mixtum imperium ita, cui etiam iuriſdictio ineſt, illud ipſum in dāda bonorum poſſeſſione cōſiſtere ait: atqui ſi iuriſdictio actionum eſt, petitioni bonorum poſſeſſionis ineſſe nullo modo poteſt, nam ad bonorum poſſeſſionis petitionem nullam actionem competere ſed merum iudicis officium omnes tradunt.[h] Aut igitur non eſt hæc diffinitio, aut non recte ab Alciato intellecta, aut certe vtrumque, aut falſum eſt imperium mixtum in danda bonorū poſſeſſione conſiſtere. Quinimo ſi imperii mixti diffinitio eſt cui iuriſdictio ineſt, & iuriſdictio ad actiones (vt ille tradit) pertinet, falſum eſt vniuerſaliter quod ait, imperium mixtum in perſecutionibus cōſiſtere, nam perſecutio tunc omnino datur cum nulla actio cōpetit. Preterea ſi hæc eſt diffinitio cui etiam iuriſdictio ineſt, quæro quorſum hæc dictio, Etiam, nā in diffinitionib⁹ nulla pars officio vacat.[i] Et cū ea augmētū denotet,[k] ſigni-

f l. quintus mutius de annuis lega. ff. l. deducta. ff. ad trebell.
g in hac. l. imperium.
h dicto in. l. i. ſupra tit. ii.
i glo. in princ. de actio. iuſt.
k l. ea. tamen, ff. de leg. iii.

ſicat imperium mixtum eſſe etiam quidpiã aliud quam id cui iuriſdictio ineſt & vt inferius [a] tradetur latius. His amplius Alciatus iureconſulti reſponſum hoc noſtrum[b] ita intepretatur, Imperium mixtum eſt cui etiam iuriſdictio ineſt. Hæc eſt (inquit)[c] diffinitio, ſequitur exemplum. Quod (inquit) mixtũ imperium, in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit. Tum ſequitur aliud (eo authore) exemplum. Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia, id eſt iuriſdictio eſt etiam in iudicis dandi licẽtia, hoc eſt iudicis dandi licentiæ ineſt iuriſdictio, ergo imperii mixti eſt, cum illud ſit cui iuriſdictio ineſt. Atq; hic imperium merum mixtumque diffiniri ait, iuriſdictionem minime, hæc eſt (inquam) illius ſententia, verum enim quis (quæſo) in iureconſulto permittat hanc interpretationem, iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia, vt licentia ſexto caſu ſuperintellecta præpoſitione in, efferatur? ne poetæ quidem quanlibet is numeris aſtrictus ſit grammaticus permittat. Deinde quid ſi Alciatus incidat in emendatiora exẽplaria, quæ hodiæ ita omnia habent? Imperium mixtum eſt cui etiam iuriſdictio ineſt, qaod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, vt iuriſdictio iudicis dandi licẽtiã. Nam hinc expiſcari non poteſt iudicis dandi licentiæ iuriſdictionem ineſſe. Poſtremo cum ita ratiocinatur, iuriſdictio eſt etiam in iudicis dandi licentia, i d eſt iuriſdictio ineſt iudicis dandi licentiæ, ergo imperii mixti eſt, ſi verum eſt iuriſdictionem actionum eſſe, (vt ille tradit) falſum eſt iudicis dandi licẽtiæ iuriſdictionẽ ineſſe, nam vt iudex detur nulla (opinor) actio competit. Denique & eadem ratiocinatione colligam, quaſcunque petitiones quæ actione nituntur imperii mixti eſſe, puta peto rem furtiuam reſtitui, ſi iuriſdictio actionum eſt (vt ille ait)[d] & ad rem furtiuã petendam furtiua condictio competat, rei furtiuæ reſtitutioni ineſt iuriſdictio, ergo imperii mixti erit, ſi hæc eſt

a ſ.lib.ii.

b l.imperium.

c Alcia.lib.ii.parado.cap.viii.

d Alcia in.l.poteſtatis.ſ.de ver.ſig.

imperii mixti diffinitio, cui etiam iuriſdictio ineſt. Et tamen petitiones omnes quæ actione nituntur, non imperii mixti, ſed iuriſdictionis eſſe tradit.[a] Nihil itaque minus eſſe poteſt quam imperii mixti diffinitio hæc, cui iuriſdictio ineſt, aut certe falſum eſt iuriſdictionem actionum eſſe.

a Alcia.in.d.l. poteſtatus,

1 Confutatur diffinitio mixti imperii a Longouallio tradita.

2 Falſum eſſe damni infecti aut legatorum ſeruãdorum cautionem exigi iuriſdictionis explicandæ gratia, & idem de miſſione in poſſ: bonorum, falſumque eſſe has res coercitionem continere, aut mixto iudicis officio explicari.

3 Falſum eſſe ſententiarum ciuilium executiones coercitionem continere, iuriſdictionis gratia fieri, mixto iudicis officio peragi, aut mandata iuriſdictione tranſire.

Caput decimum tertium.

1 IOannes Longouallius, iiſdem verbis imperium mixtũ hic diffiniri quibus & Alciatus tradidit, exiſtimat:[a] ſed in earum enarratione longe lateque inter ſe diſſidẽt. Itaque Longouallius ait. Mixtum imperiũ eſt cui etiam iuriſdictio ineſt, mixti imperii diffinitionẽ eſſe. Quod autem ſequitur. Quod in dãda bonorum poſſeſſione &c. iuriſdictionis diffinitionem eſſe, atque hoc reſponſo imperium merum mixtumque ac iuriſdictionem diffiniri. Sic autẽ hanc mixti imperii diffinitionem interpretatur. Imperium mixtũ eſt modica coercitio cui

a Longoual.in.iii parte.d.repetit,

Digitized by Google

iuriſdictio ineſt, id eſt quæ cauſſarũ ciuiliũ quæ pecuniariã rem, nullam autem animaduerſionẽ continent, priuatorumque commodũ reſpiciunt, exercitioni coheret. Nam imperium nil aliud eſſe ait, quam coercitionem, & mixtum mediocre, iuriſdictionem autem cauſſarum omnium ciuilium pecuniam tantum priuatorumque cõmodum continentium, non autem criminalium cognitionem, exercitionemque. Exercetur autem (inquit) imperium hoc mixtum mixto (quod ipſe mercennarium cum cæteris barbare adpellat) iudicis officio, veluti (inquit) ſi propoſita quacunque actione centum petam, teſtes autem comparere nolint, iudex coercebit eos captis pignoribus, mulctabit, contumacem excommunicabit, &c. Huiuſmodi (inquit) coercitiones iudici conceduntur, vt ſuper pecuniaria cauſſa ius dicere poſſit, ſuntque imperii mixti cui iuriſdictio ineſt, id eſt quod exercendæ explicandæque iuriſdictionis gratia lege conceditur. Hæc Longouallius.[a] Primum, ſuperius ſatis probatum eſt imperium non ſignificare coercitionem,[b] nec ſimiliter apud quencunque idoneum authorem mixtum ſignificat mediocre, an autem iuriſdictio ciuilium tantũ cauſſarum ſit, inferius[c] dicemus. Sed diffinitionis partes excutiamus. Propoſita accuſatione legis forte Corneliæ de Siccariis, non eſt dubium modicam huiuſmodi coercitionem concedi,[d] veluti, vt teſtes captis pignoribus coerceãtur, & ſi res exigat torqueãtur, vt in carcerẽ ac vincula coniiciantur, atque huiuſmodi coercitionem, lege ideo conceſſam, vt ſuper crimine ius dici poſſit: quæro igitur cuius erit imperii? nam iuriſdictionis eſſe nõ poteſt, cum (eo authore) iuriſdictio rem pecuniariam ciuilémque tãtum reſpiciat, non meri, nã (eodem authore)[e] merum imperium ad hoc principaliter tendit vt in facinoroſos animaduertatur, at huiuſmodi coercitiones eo tendunt vt de crimine tantum ius dici poſſit, nõ autem

a Lõgoval. in. ill. parte. d. repet.

b ſupra. cap. xvi.

c I. cap. xvi.

d l. cui iuriſdictio ſup. eo, &. l. ſi. eo. tit. ii.

e Lõgou. in. ill. parte. d. repetit.

Digitized by Google

exercetur vt principaliter in eos quaſi facinoroſos animaduertatur, qui coercẽtur, vt cum teſtes captis pignoribus teſtificari coguntur, aut cum torquentur, eruendæ veritatis gratia. Nã ii nullius criminis accuſantur, ſunt igitur huiuſmodi coercitiones mixti imperii: & tamen iuriſdictionis gratia non exercentur, cum hic de re pecuniaria non agatur: igitur vera non eſt diffinitio, aut ſane diffinitionis declaratio falſa eſt. Quod ſi huiuſmodi coercitiones imperii meri eſſe dixerit Longouallius iure acceſſorii, cum totam accuſationem cauſſamque imperii meri (quanuis falſo) eſſe putet, ea dem ratione dicam coercitiones quæ fient exercendæ explicandæque pecuniariæ cauſſæ gratia, iuriſdictionis eſſe, cum totam cauſſam iuriſdictionis eſſe dicat. Tum in explicanda diffinitione Longouallius ait,[a] imperium mixtum iuriſdictioni, id eſt cauſſarũ ciuilium priuatorumque commodum continentium cognitioni ineſſe. Quid ergo, reipu. pollicitatio facta eſt, puta viæ publicæ ſternendæ, eaque ob honores forte decretos vnde actio naſcitur,[b] aduerſus pollicitatũ agitur vt pollicitationem præſtet, hic exercetur eadem coercitio de qua ſuperius diximus, puta vt teſtes captis pignoribus teſtificentur, vacillantes torqueantur &c. quæro cuius erit imperii ea coercitio? nam eam iuriſdictionis non eſſe, cum priuatum commodum nõ contineat Lõgouallius dicet, nec imperii meri, cum non principaliter tendat vt facinoroſus quiſquam puniatur, nam hic nemo criminis reus factus eſt, ergo imperii mixti neceſſario erit: & tamen non coheret iuriſdictioni, cum priuatum commodum non contineat. Mirum eſt quod huiuſmodi coercitio quam imperium mixtum Longouallius adpellat exercetur, vt ſuper crimine, vt & ſuper ciuili cauſſa ad remp. pertinente ius dicatur, & tamen eam iuriſdictioni coherere, aut explicandæ iuriſdictionis gratia fieri Longouallius prohibeat. Quæ eſt hæc

a Lõgoual. in. iii. parte d. repet.

b l. i. §. de pollicit.

eſt hæc verborum religio? cum ius dicere & iuriſdictio coniugata ſint, hocque ex illis naſcatur ac deducatur? Porro Longouallius ait, mixtum imperium modicā illam coercitionē eſſe quæ explicandæ iuriſdictionis gratia conceditur, illud coercitionem ſemper cōtinere, mixto iudicis officio exerceri, deniq; mandata iuriſdictione generaliter tranſire. Huius imperii eſſe, damni infecti cautionem, & in bonorum poſſeſſionem miſſionem, legatorum ſeu fideicommiſſorum cautionem, poſtremo ſententiarum ciuilium executiones.[a] De his videamus, Titii domus ædibus meis ruinā minatur, aut ab eo herede inſtituto legatum mihi in diem vel ſub conditione relictum eſt, peto vt damni infecti legative præſtandi nomine caueat, quamobrem id? (queſo) Longouallius ait, iuriſdictionis explicandæ gratia, & vt commode poſtea ſuper damno dato legatove præſtando ius dicatur, quēadmodum (inquit) coercentur teſtes vt teſtimonium ferant captis pignoribus, aut quocunque alio modo. Ego id communi omnium iudicio relinquo, hoc tantum dicam, ſi damni infecti ſtipulatio iuriſdictionis explicandæ gratia interponeretur, oporteret eam eſſe iudicialē,[b] quippe quæ propter iudicium interponeretur, hoc autem falſum eſt, cautionalis enim eſt, interponiturq; quo quis aduerſus dānum nondum quidem factum, ſed imminens cautior ſit.[c] Rurſum iureconſultus ait[d] legatorum nomine ſatiſdare oportere prætor putauit, vt quibus teſtator dari fierive voluit, iiſdem detur vel fiat. Legati igitur ſeruandi non explicandæ iuriſdictionis gratia legatorum cautio exigitur. Tum miſſionem in poſſeſſionem bonorum huius eſſe imperii explicandæq; iuriſdictionis gratia fieri ait, quid ergo? heres legatorum nomine non ſatiſdedit, ideoq; legatarius in bonorū eius poſſeſſionem miſſus eſt, quamobrem? inquam, Longouallius reſpondet iuriſdictionis explicandæ gratia, & vt

z

a Lōgoual. in.iii parte d. repetit.

b l.i.§.iudiciales.ff de p̄to.ſtipu.

c d.l.i.§.cautionales.

d l.i.ff.vt lega. ſeu fideicom.

f

Digitized by Google

vt commodius poſtea de legato ius dicatur. Atqui iureconſultus ait.[a] Rei ſeruandæ cauſſa, itē legatorū ſeruandorum gratia, in bonorum poſſeſſionem mittitur. Deinde ait, mixtum hoc imperium coercitionem continere ſemper. Coercitio delictorum eſt, [b] quid ergo deliquit is cuius domus ruinam minatur? aut hæres inſtitutus a quo legatorum nomine caueri exigitur? aut quis eos a quibus huiuſmodi cautiones exigūtur dicat coerceri iuriſdictionis exercendæ explicandæq; gratia? Quod autem his amplius ait, huiuſmodi cautiones mandari poſſe inferius falſum eſſe demonſtrabimus, eamque rem latius tractabimus. [c] Quod deinde eaſdē ipſas cautiones exigi mixto iudicis officio ait, falſiſſimū eſſe omnes tradunt,[d] atq; in eā ipſam rē illius ipſius teſtimonio authoritateque vti volo. Nam paulo ſuperius[e] quam hæc tradit, ſic ait. Officium iudicis nonnunquam loco actionis eſt, vt quando petitur in integrum reſtitutio, quando vt de damno infecto, vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur: idq; (inquit) officium eſt quod a Bartolo & aliis nobile adpellatur. Quare falſo nunc & ſibi ipſi contrarius ait, huiuſmodi cautiones mercennario ſuo iudicis officio exigi. Illud imprimis mirabile, quod ait ſententiarum omnium ciuilium remque pecuniariam continentium mixti huius imperii eſſe. Nam ſi verum hoc eſt, oportet eas omnes iuxta illius doctrinā coercitionem continere, explicandæ ſeruandæve iuriſdictionis gratia fieri, mixto iudicis officio explicari, ac mādata iuriſdictione tranſire. Hæc enim eſt mixti ſui imperii natura ac diffinitio. Primum igitur ſi ciuilis ſententiæ executio coercitionem continet, oportet eum qui litigauit hoc ipſo deliquiſſe, quod ſi hoc verum eſt, minor aduerſus ſententiam nunquam reſtituetur, nā in delictis nunquam reſtitui certum eſt, [f] illud autem falſum. [g] Deinde falſiſſimum eſt iuriſdictionis explicandæ aut ſeruā-

a l.i.§.qb.ex cau. in poſſ.eat.l.i.§.vt in poſſ.legat.

b l.i.ſup. de legib.

c lib.ii.cap.xiii.

d doct.i.l.i.ſup.e.

e l.ōgeu.in prin. ni.partus.d.repeti.

f l.i.C.ſi aduer.delict.l.auxiliū.§.de minor.

g l.pfecti.§.eo.tit.

dæ gratia executiones fieri. Quod explicandæ gratia non fiant, hinc manifeſtum eſt, quod lata ſemel ſententia iuriſdictio iam explicata eſt, nec rei iudicatæ iudex aut iuriſdictio amplius eſſe poteſt,[a] quod ſimiliter iuriſdictionis ſeruandæ gratia non fiant executiones, hinc conſtat. Cauſſæ effectuum ſunt gratia, ſententiæ effectus eſt executio,[b] ergo iuriſdictio executionis poſtea faciendæ gratia interponitur, nō autem executio fit, vt lata prius ſententia rata ſit, & ad effectum perducatur. Et ſane hoc loco, hocque vnico verbo Ioannes Longouallius (pace illius omnia ſemper dixerim) totius iuris conſtitutionē finemque peruertit. Neque enim executiones fiunt magiſtratuum, ſeruādæque iuriſdictionis eorum gratia, ſed & magiſtratus creati ſunt, & iuriſdictio introducta, vt ſuum cuique tribuatur,[c] quod executionibus fit. Et cum Longouallius ait damni infecti, legatorumve cautiones exigi, miſſiones in bonorum poſſeſſiones, ſententiarumque executiones fieri iuriſdictionis gratia, ſic mihi philoſophari videtur, quaſi dicas, diem ideo factam eſſe vt ſol luceret, cum ex contrario ideo ſol luceat vt dies ſit: illorum enim omnium gratia iuriſdictio exercetur, non contra. Sed de his inferius.[d] Deinde quod ſententiarum executiones nō mixto ſed mero iudicis officio explicentur, inferius quoque dicetur.[e] Poſtremo quod contra omnium ſententiā mandata iuriſdictione exequendæ ſententiæ poteſtatem ſimul tranſire ait, falſum eſſe iureconſultus tradit, cum ait.[f] A diuo Pio reſcriptum eſt vt iudicum a ſe datorum vel arbitrorum ſententiam exequātur, qui eos dederunt. Reſpondet Longouallius cum reſcriptum eſt vt delegans delegati ſui ſententiam exequatur, non prohibetur delegans exequi, non ſane, niſi cum prætor quendam iudicare vetat: hoc ipſo cæteris committit.[g] Itaque nec Bartolus nec zaſius aut ſectatorum eius alius quiſpiam, nec Alciatus, nec Longo-

a l. iudex. ʃ. de re iudi. l. ſi vt propo-nis. C. de exe. rei iu

b l. properandū. §. ſi autē reus. C. de iudi. & in rub. ʃ. de re iudi.

c l. iuſticia. §. iuris præcepta ſup. de inſt. & iure.

d ʃ. lib. ii. cap. xi.

e ʃ. lib. ii. cap. vi.

f l. a diuo Pio. ʃ. de re iud.

g l. cūptor. ʃ. de iudi.

uallius, quid imperium mixtum eſſet aſſecuti ſunt, nec recte diffinierunt.

1 Impugnatur diffinitio iuriſdictionis a Bartolo tradita.

2 Iuriſdictionem non explicari mixto iudicis officio.

3 Alciatum non ſatis recte de iuriſdictione ſenſiſſe.

Caput decimumquartum.

1 POſtremo Bartoli aliorumque iuriſdictionem excutiamus, eam ita ille diffinit,[a] Iuriſdictio ſimplex ſiue ſtricte (inquit) ſumpta, eſt iuriſdictio quæ expeditur mercennario iudicis officio, priuatam vtilitaté reſpiciens. Huius ſunt cauſſæ omnes in quibus inter priuatos actionibus contenditur, vt cũ ex ſtipulatu forte cen-
2 tum a Titio peto. Primum quod ait mercénario iudicis officio expediri falſum eſt. Cum enim centum ex ſtipulatu peto, iure obligationis actioniſq; peto, ea enim centum in obligatione eſſe conſtat, non igitur in iudicis officio.[b] Nam verum quidem eſt in ea cauſſa controuerſiaque eſſe quædam, quæ iudicis officio mixto exercentur, vt eſt in ius vocatio, litis conteſtatio, dilationes, teſtium inſtrumétorumve productio, expenſarum deniq; condemnatio, nam hæc cum in obligatione non ſint, iure actionis peti non poſſunt. Ideoque iudicis officio continentur. At principalem totamque controuerſiam quæ eſt centum aureorum metiri ex acceſſoriis non oportet,

a Bar. in hac. l. imperium.

b l. qui per colluſioné. §. 1. ff. de act. emp. l. quintus mutius. ff. de ann. leg. l deducta. ff. ad Trebellia.

nec ſi ea quæ vulgo cauſſæ appunctuamēta vocamus iu
dicis officio ſuppeditātur, conſequens eſt dicere totam
controuerſiam expediri iudicis officio. Alioqui dicen-
dū erat Bartolo accuſatiões mixto iudicis officio pera
gi, quas tamen mero (quãuis falſo)[a] officio expediri ait,[b]
Nam ſi centum aureorum cõtrouerſia petitioque mix-
to iudicis officio expediri ait, quia acceſſoria illa in ius
vocatio, litiſconteſtatio & id genus cætera ex iudicis of
ficio proficiſcantur, cum eadem aut his ſimilia, in cauſſis
criminalibus verſentur, mixto iudicis officio expediri
dicēdum eſſet.[c] Falſum eſt itaque vbicūque actio ſubeſt,
iuriſdictionem mixto iudicis officio explicari, quéad-
modum vbi accuſatio proponitur, ea cauſſa non mixto
nec mero iudicis officio peragitur, ſed illa mero actio-
nis, hæc mero accuſationis iure expediuntur, de qua re
inferius dicetur latius.[d] Deinde Bartolus diffinit iuriſdi
ctionem ad priuatam vtilitatem pertinere. Atqui ſiquis
propter incendium aut terræ motum, vel aliquam rui-
nam quæ reip. contigit quid promiſerit, tenetur,[e] atque
ex ea promiſſione obligatio naſcitur. Nam (vt res du-
bio vacet) fac cum ſtipulanti cuicūque id promiſiſſe: ad-
uerſus hunc agitur, quæro cuius erit ea controuerſia, im
perii an iuriſdictionis? nec meri nec mixti eam eſſe Bar-
tolus tradit, nam vtrunque in mero iudicis officio (vt
ille ait) poſitum eſt: at cum hic ſubſit obligatio iudicis of
ficio nullus locus eſt,[f] igitur iuriſdictionis eã eſſe opor
tet, & tamen ad priuatam vtilitatem non pertinere ſpe-
cies ipſa, ipſaque res declarat. Falſa igitur Bartoli diffi-
nitio, nec eam pluribus concutere lubet. Alciatus autem
iuriſdictionem non finiuit, ſed de illa hoc tantum tradi-
dit. Iuriſdictio in actionibus conſiſtit,[g] & alibi. Actio ad
nudam iuriſdictionem pertinet.[h] Item alibi[i] ait, dandi
iudicis licentiæ iuriſdictionem ineſſe. Quod ait iuriſdi-
ctionem actionum eſſe tantum, hic non refellemus ſed

a ſup. cap. i.
b Barto. in. hac. l.
c l. a titio ʃ. de ver bo. obliga.
d lib. ii. ʃ. ca. xvi.
e l. propter. ʃ. de pollicit.
f l. quintus cum ſimilibus.
g Alcia. in. l. pecuniæ verbi. §. actionis ʃ. de verb. ſign.
h Alci. in. l. actionis verb. co. tit.
i lib. ii. para. c. vii.

Digitized by Google

b 1.cap.xvi. inferius,[b] denique et ſi actionum tantum eſſet, adhuc labitur, nam iudicis dandi licentia in iuriſdictione non conſiſteret, vt enim cuiuſcunque cauſſæ delegatio fiat, nulla actio competit. Quare aut verum non eſt actionū tantum iuriſdictionem eſſe, aut falſum eſt eam in iudicis dandi licentia verſari.

1 Confutatur iuriſdictionis diffinitio a Longouallio tradita.

2 Alciatum & Longouallium nihil noui tradidiſſe in his quæ de imperio & iuriſdictione tradiderunt.

Caput Decimumquintum.

1 Vdacius de iuriſdictione quam Alciatus Longouallius locutus eſt, eam enim a iureconſulto his finiri verbis contendit,[a] Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit iuriſdictio eſt. Etiam iudicis dandi licētia, adde (inquit) iuriſdictio eſt. Huius diffinitionis genus eſſe ait Officium, nam (inquit) hæc lex ex prima huius tituli deſcendit, in qua de iudicis officio agitur. Itaque iuriſdictionem eſſe ait iudicis officium quod conſiſtit in danda bonorum poſſeſſione, & licentiam dandi iudicis. Id quod ita interpretatur. Quæcunq; cauſſæ ad rem pecuniariam pertinent, & ad priuatorum commodum omnes iuriſdictionis ſunt. Quæro imprimis quid hæc interpretatio commune habet cum verbis iureconſulti? an idem vtraque ſignificent? ſed pergamus. Iuriſdictio non eſt officium iudicis quinimo potius ex officio iudicis proficiſceretur, aut explicaretur iudicis officio, quemadmodum de ſimilibus doctores differunt.[b] Deinde, legatum ex teſtamento petitur, quæro cuius erit

a Logoual. in. iii. parte repet. huius l. imperium.

b Bart. & alii in. l. i. ſup. tit. ii.

hæc controuerſia cauſſaque? iuriſdictionis (inquiet) & tamen non conſiſtit in danda bonorum poſſeſſione, nam bonorum poſſeſſio vniuerſitatem quemadmodum hæreditas ſignificat, nec legatum continet,[a] nec ſimiliter legatum eſt iudicis dandi licentia, nam dare iudicem nihil aliud eſt quã cauſſam delegare, ergo vera nõ eſt diffinitio At (inquit Lõgouallius) bonorum poſſeſsio in pecunia conſiſtit, & cauſſæ pecuniariæ delegari poſſunt, idcirco iuriſdictio eſt quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit & iudicis dandi licentia, id eſt cauſſarum pecuniariam rem continentium, & quæ delegari poſſunt, noua ſane diffiniendi ratio, nam eadem ratiõe liceret iuriſdictionem ita diffinire. Iuriſdictio eſt quod cõſiſtit in re reſtituenda, in domo petenda, in vindicando ſeruo, in poſſeſſione recuperanda, atque innumerabiles erunt iuriſdictionis diffinitiones. Nec cõſequẽs eſt ſi hæc, dare bonorum poſſeſſionem, & iudicem dare ad rem pecuniariam pertinent, vt ſignificent cauſſas quaſcunque pecuniarias, nam veſtis auro æſtimatur, & tamen fatuus eſt (inquit iureconſultus)[b] qui veſtem auri adpellatione cõtineri putat. Et profecto cum hæc Longouallius traderet non ſatis artis logicæ memor erat. Atq; illud vereor ne inuentionis (ſiquid ille inuenit) amore, ſui tunc oblitus eſſet, id enim perquam naturale eſt. Diffinitionis autem interpretationem videamus. Quæcunque (inquit) cauſſæ ad rem pecuniariam pertinent, & ad priuatorũ commodũ, iuriſdictionis ſunt. Iuriſdictionem in criminalibus ex æquo atque in ciuilibus cauſſis verſari inferius[c] dicemus, nunc tantum quod iuriſdictionẽ ad priuatorũ cõmodum tãtum pertinere ait cõfutemus. Titi⁹ propter cauſſã reip. promiſit, puta viã ſternere, hæc cauſſa nec ad merum nec ad mixtũ Lõgouallii imperiũ pertinebit, ergo iuriſdictionis erit, & tamẽ priuatũ cõmodũ non reſpicit, nam quid eſt in hac voce iuriſdictio quod

a l. bonorum poſſeſſio ſ. de verb. ſignifi.

b l. iiii. ſ de leg. i.

c ſ. cap. proxi.

priuatorum cōmodum denotet? quid hoc eſt ſi plane diuinare nō eſt? Ac ſiquis Alciati Lōgoualliiq; de imperio ac iuriſdictione ſententias animaduertat, noui nihil tradiderūt. Imperium merū in re criminali cōſiſtere aiūt, Accurſius tradidit in animaduerſiōe conſiſtere [a] quæ eadem eſſe putant. Alciatus mixtum imperium in perſecutionibus conſiſtere ait, [b] ea eſt omnino Bartoli [c] (ſiquis conſideret) ſententia. Longouallius illud in coercitione quæ fit explicandæ iuriſdictiōis gratia. Accurſius refert quoſdam ante ſe idem cenſuiſſe. [d] Poſtremo ſiquis Bartoli diffinitionem de iuriſdictione conferat cum Alciati & Longouallii ſententiis, idem omnes tradunt. Verum Alciatus noue atque inuſitate reſponſum hoc noſtrum declarauit, cum ait iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia id eſt in licentia. Longouallius autem vt ex eodem antiquorum opiniones elicere poſſet, nouis commatibus ac periodis illud, præter omnium quæ vidi exemplarium fidē proſcidit. Ita enim legit, Imperiū merū eſt habere gladii poteſtatē &c. hæc eſt (inquit) meri imperii diffinitio. Sequitur. Mixtum imperium eſt cui etiā iuriſdictio ineſt, hæc (inquit) mixti imperii diffinitio eſt, poſtremo ſequitur. Quod in danda bonorum poſſeſſione cōſiſtit, iuriſdictio eſt. Etiam iudicis dādi licētia, addēdū eſt (inquit) iuriſdictio eſt. Quid ergo ſi in huius reſponſi calce ita ſcriptum reperiat vt iam vulgo eſt? Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, vt iuriſdictio iudicis dandi licentia nihilque amplius? non potuiſſet hic cōmentum ſuum expiſcari. Rationes autem argumentaque plurima prætermitto, quibus iuriſdictionis diffinitiones a Bartolo & reliquis traditæ ſubuerti poſſint, contentus interim vim verborum obiicere.

a glo.l.i.in verb. bonorū in princ. ſupra eo.

b Alciat.in.l.poteſtatis §. de verbo. ſignific.

c Bart. hic.

d glo.fi.l.i.§.fi. gl.fi.l.fi.ſup.tit.ii

1 Iuriſdictionis verbum tam ad cauſſas criminales quam ciuiles proprie pertinere.

Caput

Caput Decimumſextum.

Vidnam igitur(quæſo)eſt in hac voce,Iuriſdictio,quod ad cauſſas ciuiles tantum (vt iam obtinuit)pertineat?vtra compoſitæ dictióis pars,cauſsas criminales excludit?an non ex æquo ius dicit qui de criminali cauſſa cognoſcit ſententiamque fert,atq; is qui de cauſſa ciuili?an non iudicium & iudex vtriuſq; ex æquo dicũtur?[a] cur igitur iuriſdictio ad vtramq; ex æquo nó pertineat?Proferatur mihi locus vel vnicus toto iuris ciuilis corpore, in quo vel emunctiſſimæ naris quiſquam ſubolfacere,aut vel maxime lynceus animaduertere poſſit,iuriſdictionem quam lubet proprie ſtricteque, de re pecuniaria ac ciuili tantũ dici,proferatur mihi vel apud idoneum authorem quẽcũque. Ego vero ſexcẽtos proferam,in quibꝰ de cauſſa tam criminali q̃ ciuili dicatur, imo vero cum de rei criminalis cognitione agitur, nũq̃ niſi iuriſdictionis verbo iureconſultus vtitur,imperii autem verbo nunquã. An in rubrica ipſa de officio eiꝰ cui mandata eſt iuriſdictio,iuriſdictionis verbũ ad cauſsas ciuiles tantum pertinet?cum in ipſo eiꝰ tituli exordio[b] de legibus publicorum iudiciorum tractet, ibique legis Iuliæ de adulteriis cognitionem iuriſdictioné nominatim adpellet? cur hic imperii meri verbo non vtebatur iureconſultus,ſi hoc rei criminalis,iuriſdictio autem rei ciuilis cognitionem ſignificabat?Similiter cũ de coercẽdo crimine falſi agitur, cur iuriſdictiốis verbũ nó imperii meri vſurpat?[c] Quid hic dicendum?cogor enim fere litem conteſtari. Itẽ, quid eſt quod iurecóſultꝰ ait? Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit proprium nihil habet,[d] an id de eo cui criminalis cauſſæ iudicatio commiſſa eſt locum non habebit? Item an eadem verba ita intelligemꝰ? Qui mãdatã iuriſdictioné ſuſcepit,id eſt cauſſa-

a vt in rub. de iuridi.& de pub.iud.ſ.

b in.l.i.ſup.tit.ii.

c l.diuus.ii.ſ.ad leg.Cornel.; e fal.

d.l.i.§.qui mã.

rum ciuilium cognitionem iudicationemque proprium nihil habet, verius eſt enim eum nõ habere imperiũ merum, id eſt cauſſarum criminalium cognitionem? quis tam fatuus, qui non intelligat mandata cauſſarum ciuilium tantum cognitione, criminales non transferri? aut tam ineptus, qui concludat eum cui mandata eſt cauſſarum ciuiliũ cognitio propriũ nihil habere, ex eo quod rei criminalis adminiſtrationem nõ habeat? Item quod dicitur[a] cui iuriſdictio data eſt. &c. an de eo tantũ loquatur, cui rei ciuilis exercitio data eſt? vt is qui rei criminalis cognitionem habet, eadem illa non habeat, ſine quibus de crimine ius dicere non poſſit?[b] Itẽ an quod ait,[c] modicam coercitionem mandata iuriſdictione tranſire ne iuriſdictio nulla ſit, ad eum non pertinebit cui cauſſa criminalis delegata eſt? Ac ne ſingula perſequar decies ſepties (ſupputaui etenim) iuriſdictionis verbum ibi[d] reperias, vbi ſi vel ſemel de cauſſa ciuili tantum dici intelligive poſſit, ego tota hac cauſſa etiam cum famæ diſpẽdio cadere volo. Sæpius etiã in hoc titulo de iuriſdictione, ſæpius eodem titulo. C. ita vſurpatur, vt de vtraque cauſſa ex æquo dicatur, & in innumerabilibus aliis locis. Itaque iuriſdictionis verbum tam criminalis q̃ ciuilis rei exercitionem cognitionem deciſionẽque proprie ſtricteq; ſignificat. Imperii autem verbum executionem continet, ſed hæc ad ſequentem librum pertinent. Et tolerabilis hic error in Bartolo plebeiſque illis iureconſultis fuerat, in zaſio autẽ, Longouallio, ac Salomonio, minus, minime vero in Alciato bonarum omnium literarum periti ſſimo, quem ſcio certo ſi ſe ipſum audire maluiſſet, iudicioque ac doctrinæ & eruditioni ſuæ plus deferre, q̃ alienis cenſuris, quã nunc cauſſã ago, iandiu obtinuiſſet, omniaque in melius reformaſſet, hoc autem fœlicius, maioreque ſtudiorum ſtudioſorumque compendio, quo facilius pro eximiæ quam iure ſuſtinet eru-

[a] l. ii. ſup. eo.

[b] argu. l. cum prætor. ſ. de iud.

[c] l. ſi. ſup. tit. ii.

[d] in tit. de offic. ei cui manda.

ditionis opinione,& operum iam a ſe ſcriptorum meri to beneficioque,fidem apud omnes conſecutus eſſet. An tiquorum autem ſiue ratione errores ſecutus,eoſdem cō firmauit veritatique ac meæ actioni præiudicium attu- lit. Verum exiſtimauit(opinor)honeſtum errorē eſſe ma gnos duces ſequentibus,contra quos non ſatis mihi au- dere videtur,non quod ad Bartoli reliquorumque hui⁹ familiæ lectionem,animū per omnia(vt ita dicam)refra ctarium adferre cōſulam,ſunt enim illi mea quidem ſen tentia omnino neceſſarii,ſed quia antiquitatis opinionē authoritatemque,iuſtis legitimiſque rationibus antefer re,iuris,æqui,boniquе.peſtem quandā eſſe iudico. Ego illis quoad per veritatem fieri poterit ſubſcribam,inque eorum ſententias & pedibus & manibus ibo,ſed in ma- nifeſtos errores(quales ii ſunt de quib⁹ diſceptatio a me ſuſcepta eſt)præcipitem me dedere non conſtitui. Et quemadmodum cōtradicendi ſtudio ab illis temere re- cedendum non eſt, ita quæ ab illis perperam tradita eſſe bona fide iudicamus,in melius ab iis reformanda, qui eius rei facultatem poteſtatemque habent,nec detre ctādus aut fugitādus is labor eſt. Itaq; quid iuriſdictio- nem, quid merum mixturumque imperium, ex iurecō ſultorum reliquorumque authorum monimētis eſſe de- præhendimus,quoniam audendum eſt, videamus.

❋ LIBRI PRIORIS DE Iuriſdict. & Imperio.

F I N I S.

Digitized by Google

IN SECVNDVM DE IVRISDICTIONE, & Imperio librum.

Proœmium.

MVlta cauillari promptũ eſt,at vel falſa refellere iuſtis legitimiſque rationibus difficile, omnium vero difficillimum, veritatem diu amiſſam,obtinentibuſq; iam erroribus obuolutam,explicare ac reſtituere. Superiori libello tum antiquorum tum recentiorum de iuriſdictione & imperio ſententias opinioneſque non(opinor) indiligenter excuſſi. At cum nihil iudicari actum a me poſſit,dum meam iiſdem de rebus ſentẽtiam, veluti ſuperiorum colophonem addidero, quãquam infinitum laborẽ proſpicio(ſunt enim omnia mihi de nouo deque integro comminiſcenda)perſeuerandũ, vlteriuſq; progrediendum eſt. Neque enim Socraticorum more omnia dubia relinquenda ſunt. Dubia inquam. Nam & ſi ſcio,quæ antehac de iuriſdictione & vtroque imperio,a Bartolo eiuſq; ſectatoribus. Alciato,Lõgouallio, zaſio, & Salomonio,tradita ſunt,ab iis qui illos ipſos ſibi imitandos ſequendoſque propoſuerunt, pro certiſſimis recepta eſſe,neminem tamen tam illis addictum conſecratumve eſſe poſſe exiſtimo,quem rationes meæ non moueant,ſi ad vim verborum,& ad ea iureconſultorum reſponſa,quæ contra illorum ſententias attuli,animum diligenter aduerterit. Et fortaſſe perfeci hactenus,vt quid iuriſdictio,quid vtrumq; imperium ſit,ab omnibus merito dubitari poſſit. Poſthac perficiẽdum eſt,vt quid eorum quodque ſit,intrepide quiſque profiteri poſſit. Atq; vtinam quorum ſectator in hac re eſſem haberẽ potius,

Digitized by Google

quam fracta a me primum glacie ſectatores (vt ſpero) nonnullos, plures (vereor) inſectatores habiturus ſum. Quam enim varia hominũ iudicia emeriturus ſim, proſpicio. Qui ſincere inculpateque loquendi religionẽ tuentur, quiq; verborum vim propriamque eorum naturam callent, qui denique iureconſultorum quibus nitor reſponſa diligenter perpenderint, ſi perſuaſum habent, eos ipſos propriis aptiſque cuique rei verbis vti (vt certe vtuntur) reſponſorumque quibus ago verum germanumque ſenſum contemplari voluerint, tam his difficile erit in meam ſentẽtiam non ire, quam reliquis ire, quos ſane ab inueteratis opinionibus, veluti ab eo iure quod illis diu æquum viſum eſt, receſſuros nulla fere ſpes eſt. quanq̃ ſcio ius illud errore communi introductum eſſe, ſed qui tamẽ ſic eorum animis, quaſi radicibus penitus immiſſis actiſque nititur, vt auelli nullo modo poſſit. Et tamen fortaſſe nobis adſtipulabuntur, ſententiamq; noſtram amplectentur, ſed non omnes (ſat ſcio) ſi euidentem vtilitatem animaduerterint, intellexerintque nihil eorũ quæ de iuriſdictione & imperio tradita ſunt hactenus, in foro verſari, nulloque in vſu illic eſſe: quæ autem tradituri ſumus, neſcio qua meliore fortuna, & vt ſubinde natura quam arte aut diſciplina conſultiores ſumus, omnia non ſolum forenſi vſu comprobari, verum in eo quoque tam vſitata cottidianaque eſſe, q̃ ſunt ipſa iureconſultorum reſponſis (vt reliquos authores prætermittamus) propriiſque verborum ſignificationibus cognata atque adfinia.

Digitized by Google

i Iuriſdictionis verbum tam in habitu quam in actu ſumi, & quid vtroque mo do ſignificet.

2 Imperium tam in habitu etiam quam in actu ſumi.

3 Iudicis iudicandique verba, tam habitus quã actus eſſe.

Caput primum.

i PRiuſquam autem interpretationis huius materiã, remque ipſam adgrediamur, præfari quædem nos oportet neceſſaria quidem ad ſequentium totiuſque inſtituti intellectũ. Imprimis igitur ſciendum eſt, & iuriſdictionem, & vtrunque imperiũ nunc iuris ſiue habitus, nũc facti ſiue actus verba eſſe. Iuriſdictionem quidem in habitu ipſum ius ipſamque poteſtatem dicendi reddendique iuris adpellamus. Hoc ſenſu ex Azone Accurſius iuriſdictionẽ diffiniuit.[a] In actu vero ipſam cauſſæ cognitionem, ortæque controuerſiæ deciſionem, & omnino ipſam iuris redditionem, iuriſdictionem adpellamus. Vtroque ſenſu eodem & quidem breuiſſimo reſponſo iureconſultus iuriſdictionis verbũ vſurpaſſe mihi videtur cum ait.[b] Cui iuriſdictio id eſt (niſi fallor) iuris dicendi poteſtas data eſt, ei quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quibus iuriſdictio, (id eſt ortæ controuerſiæ cognitio deciſioque) explicari non potuit. Denique ipſum iudicis pronuntiatũ ipſamque ſententiam iureconſultus iuriſdictionem adpellat,[c] vt cum ait moderãdam eſſe iuriſdictionem, id eſt temperandam eſſe condemnationem ac ſententiam, & alibi[d] iuriſdictionis formã pro

a gl.l.i.ſupra eo.

b l.ii.ſupra eo.

c l.quãuis de i ius vo.ſ.

d l.poſtq̃.§.imperator.vt lega.ſeu fide.no.ſ.

conceptione ſententiæ, & eodẽ loco iuriſdictionem reſtituendam ait, id eſt abſoluendum eſſe cõdemnatum ab executione eius in quo condemnatus erat, ac veluti retractandum eſſe pronuntiatum. Sic & imperium merum 2
ipſum ius ipſaque poteſtas animaduertendi hic[a] adpellatur, mixtum vero poteſtas dandi cui bonorum poſſeſſionem. Actus autem ſiue facti verba ſunt, cũ eæ ipſæ facultates ad rem conferuntur. Sic ipſum iudicis præceptum iuſſumque imperium vocamus.[b] Adhũc fere modum Bartolus de officio iudicis diſputat,[c] Accurſius de actionis verbo.[d] Id genus verba in iure noſtro innumerabilia ſunt. Ac (vt ne a propoſito recedamus) an nõ iudicare & iudicem eſſe cum dicimus, qui iuris dicẽdi ius 3
habet? Rurſum cum is iudicat cauſſamque decidit, iudicare & iudicem eſſe dicimus: Vtroque ſenſu iudicis verbo iureconſultus vtitur cũ ait.[e] Iudex (hic in habitu ſumitur) poſteaquam ſemel dixit ſententiam, poſtea iudex (hic in actu) eſſe deſinit. Idem de arbitro dicimus.[f] Itaque ſi iuriſdictionis imperiique tũ meri tum mixti verbis nunc in habitu, nunc in actu, prout res feret vtemur, nihil erit cur lector propterea commoueri debeat, cum id non ſolum iureconſultis, verum etiam quarumcũque diſciplinarum authoribus vſitatiſſimum ſit. Imo vero ea ſæpius in actu cõſiderabimus quo quid in habitu ſint facilius doceamus, hic enim naturæ ordo eſt.

a In hac.l. ĩperiũ.

b l.fi.neq. ĩ lo.pu. l. quod iuſſit de re iudi.ff.

c Bar.in.l.i.ſup.e.

d gl.in pri.de act. inſt.

e l.iudex.ff.de re iudi.

f l.dicere.ff.de re. arbt.

1 Iuriſdictionis verbum generaliter & ſpecialiter ſumi continereque merum mixtumque imperium & iuriſdictionem (quam vocant) ſimplicẽ. Idque ex propria vi ac ſignificatione verbi quanuis generali.

2 Meri mixtique imperii & iuriſdictionis exempla.

3 Adoptionis & legitimi hæredis verba generaliter & ſpecialiter ſumi, & quid ſpecialiter ſignificent, idemque de conuentionis pactique verbis.

4 Iuriſdictio ſpecialiter quid ſignificet.

5 Ius dicere generale verbum eſſe.

Caput ſecundum.

1 Oc autem amplius præmonendi ſumus, iuriſdictionis imperiique verba dupliciter h in iure accipi, generaliter ac ſpecialiter. Itaque de iuriſdictione primum expediamus. Et ea quidem generaliter continet merum, mixtumque imperium, & iuriſdictionem (quam vocant) ſimplicem, quemadmodum Bartolus & ab eo
2 reliqui recte tradiderunt.[a] Nam ſiue magiſtratus aduerſus rei capitalis damnatum, ita forte pronuntians imperet, I, lictor, colliga manus, capite mulcta &c. ius dicit: ſiue aduerſus rei pecuniariæ damnatum ita, centum quorum condemnatus es ſoluas iubeo, ius dicit: vnde & iuriſdictionis verbum in rerum iudicatarum executionibus (quas ſolas meri eſſe imperii contendo)[b] vſurpatur:[c] ſiue aduerſus vicinum cuius domus ruinam minatur, ita magiſtratus pronũtiet, damni infecti caueto: aut aduerſus eundem qui præſtituto tempore non cauit, Titius in poſſeſſionem eius domus mittatur: ſiue aduerſus contumacẽ, præhendatur, in ius educatur, ius dicit. Hæc autẽ atque his ſimilia mixti imperii, ſed diuerſis rationibus eſſe aio.[d] Siue poſtremo aduerſus reum cuiuſcunque actionis aut criminis ita pronũtiet iudex, condemno Titium vt centum Caio ſoluat, rem reſtituat, faciat &c. vt

a Bar. & alii i hãc l. imperium.

b 5. cap. v. & vi.

c l. pperãdũ. §. ſin autẽ reus. C. de madic.

d 5. cap. x. & xi.

&c. vt capite mulctetur, deportetur &c. Ius dicit. Aut ita, actor reo libellum det, actionemve edat, reus proximis octo diebus poſtea reſpondeat, ius dicit. Hæc autem ad iuriſdictionem ſpecialiter ſumptā pertinere docebimus.[a] Generaliter igitur, & tamen ex ipſius vi verbi, iu-
riſdictio hæc tria complectitur. Quemadmodum ado- 3
ptionis nomen & arrogationem, & alteram adoptionis ſpeciem proprie atque ex æquo ſignificat,[b] ſic & legitimus hæres vi quidem ipſa tam is qui ab inteſtato, quam qui ex teſtamento ſuccedit, dicitur.[c] Sic denique pactum & conuentio propria verborum vi, propriaque ſignificatione ac diffinitione tam nominatos q̄ innominatos contractus ex æquo ſignificant.[d] Verum illud ſciendum eſt, ſæpenumero in iure noſtro genera ad ſuas ſpecies cō trahi, quod & alibi tradetur.[e] Itaque vt adoptio ſpecialiter ea dicitur quæ transferre non ſolet adoptatū in adoptantis poteſtatem,[f] vt legitimus hæres proprie ſpecialiterque qui ab inteſtato ſuccedit, appellatur:[g] vt deniq; pacti conuentioniſque verba ſimpliciter ſpecialiterque de innominatis demum contractibus intelliguntur,[h] ſic iuriſdictio proprie ſpecialiterque ad ipſam cuiuſcunque
cauſſæ tum ciuilis tum criminalis, principalis ſiue acceſ 4
ſoriæ notionem deciſionemque pertinet, nec minus de criminali quam ciuili dicitur. Huius ſunt actiones accuſationeſque omnes. Nam ſuper his ius proprie iudex dicit, id eſt quid iuris ſit dicit ſtatuitq;, condemno Titium vt ſuſpendatur, vt ſoluat &c. Huius ſunt præparatoria illa omnia iudiciorum, vt actor reo actionem edat teſtes producat, ac reliquæ interlocutiones de quibus inferius dicemus.[i] Hæc enim (inquam) omnia proprie ſpecialiterque iuriſdictionis eſſe docebimus.[k] Ius autem dicere
quamuis iuriſdictioni coniugatum eſſe videatur, non ta- 5
men eo ſpecialiter ad ſupradicta quæ iuriſdictionis ſunt, iurecōſulti vtūtur, imo vero generaliter eo vtuntur, tam

a ℐ.cap.xv.&.xvii
b l.ii.ſup.de ado.
c l. lege obuenire ℐ.de verb.ſignifi.
d l.i.§.pactū. &.§. cōuētiōis.ℐ.de pact
e Iſagoge in iur. ciuilis ſanctionem cap.ii.
f §.i.&.ii.iuſt.de adopt.
g l.iiii.§.de illo.ℐ. pro ſocio.
h Iaſ.in rubr ℐ.de verb.oblig.
i infr.ca.iiii.&.xv
k infr.ca. iiii.xi. &xv.

ad ea quæ imperii meri,mixtive ſunt,quam quæ iuriſdi-ctionis,nequis ab re iureconſultos diſerte iudicis,aut ius dicentis verbis vti exiſtimet. [a] Nam ius dicentem generaliter adpellant magiſtratum,ſiue de eo loquantur quaſi de cauſſa cognoſcẽte,ſiue imperium merum mixtumve exercente. Imo vero & quidpiã aliud gerente, quod nec imperii vllius nec iuriſdictionis ſit, vt cum ait ad ius dicentis officium pertinere tutelæ dationem, [b] eã enim neque vllius imperii neque iuriſdictionis eſſe demõſtrabimus.[c] Porro iureconſulſus ait,[d] ius eum ſolum locum eſſe, vbi iuris dicendi vel iudicandi gratia prætor conſiſtat &c. vbi quia verbum iudicãdi ad cauſſarum cognitionem deciſionemque pertinet,coniunctũ huic iuris dicẽdi verbum,quod alterius genus eſt, ad reliquas magiſtratus actiones pertinebit, vt cũ ea quæ imperii ſunt exercet, per ea quæ ſuperius docuimus. [e] Supradicta vero omnia imprẽſentiarũ veluti precario conceſſa mihi velim,eadem pluribus poſthac demonſtraturus, hic enim eſt diſputationis noſtræ ſtatus.

a Vt in.l.i.ſuþ.c. & in rub.ſiq.ius dicẽ.l.extra territorium.ſ.co.

b in.l.i.ſuþ.co.

c ſ.cap.xiii.

d l.volun.§.i.ſ.de interro.actio

e lib.i.ca.vii.numero,ii.ſupra.

1 Quid imperator & imperium antiqua primaque ſignificatione,& quid recentiori.

2 Quid verba impero & iubeo ſignificent.

3 Iudiciumin cauſſarũ cognitionibus,imperium autem in executionibus conſiſtere.

Caput tertium.

1 POſtremo de imperii verbo proponendũ eſt. Et conſtat ante oppreſſam Iulii Cæſaris tyrannide remp. imperatoris nomen caſtrenſe fuiſſe,quo omnes exercituũ duces adpella-

bantur, quandiu videlicet exercitui præerant, eo autē dimiſſo non amplius. Sic Cicero imperatoré etiā in quarundem epiſtolarum epigraphis ſe nominat, [a] ſicq; imperatorem diffinit, [b] vt ſit gerēdi belli conſtitutus adminiſtrator, ſic denique imperatoris verbo fere vtitur. Deinde imperatoris nomen in vrbem tranſlatū & ciuile factum eſt, eoque quoſdam ob res egregie geſtas honoris gratia adpellari cœptum eſt, quod quidē nomen perpetuo illi poſtea retinebant. Ea autem cōſuetudo Ciceronis tēporibus increbuit, vt ille ipſe author eſt. [c] Hinc imperium quod pro adiecti verbi ratione varie ſumitur: vt cum de ipſius exercitus duce dicitur, modo ipſum officium, dignitatem, præfecturamq; ſignificat, modo ipſas copias: vt cum proconſul in prouinciam cum imperio mitti dicitur, quēadmodum in iure cuſtodiæ pro cuſtoditis perſonis, [d] & id genus nonnulla ſumuntur. Cū vero de populo dicitur, Romanū imperium orbem ipſum ditionemque ſignificat, aut etiam regnū. [e] Poſt oppreſſam vero Iulii Cæſaris tyrānide rēp. Romani principes omnes ab illo imperatores dicti ſunt, eorumq; principatus imperiū. Sic imperator ſemper in iure noſtro ſumitur, & imperiū nonnunquam. Parcius autē de his rebus, quod extra rem quodammodo eſſe videntur. Nunc de magiſtratus imperio dicendum eſt. Sciendum eſt itaq; verbū, impero (quemadmodum artis grammaticæ profeſſores tradūt) ab in particula in tēſionis, & paro deduci, quaſi ſtatim prorſuſque paro: hoc eſt ita præcipio vt omnino parendum ſit, præceptumque exequi oporteat: eiuſdēq; ſignificationis eſt iubeo. Hæc iureconſultorū cæterorūq; antiquorum ſcriptorū authoritatibus probari poſſunt. Iurecōſultus, [f] Liber homo ſi iuſſu alterius damnum iniuria dederit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſſit, ſi modo ius imperādi habuit. Idem [g] idonei teſtes nō ſunt quibus imperari poteſt vt teſtes fiant, hinc ſanē mani-

a Cicero lib. iii. epiſtolarum fami.
b Cice. lib. i. de oratore.
c Cice. philip. xi i.
d l. cuſtodias. ff. de pub. iu. l. ſolet. ſup. de off. proconſ.
e Cicero in orat. pro lege manil.
f l. liber homo ſi iuſſu. ff. ad le. Aqui.
g l. idonei ff de teſtib.

feſtum eſt eũ imperare ac iubere, qui poteſtatis iure quodã ita præcipit, vt is qui iubetur patere omnino neceſſe habeat. Apud Terentium [a] auté, cum Cherea Parmenonem patris ſeruum aliquãdiu euerbecaſſet, vt ſe pro eunucho ad virginẽ duceret, nec Parmeno illius vim amplius ferre poſſet, iubeſne? (inquit Parmeno) Cherea. Iubeo, cogo, atque impero. Parmeno, nunq̃ authoritatem defugiam &c. Hinc imperium, Thraſo apud eundem irridens [b] Stratonem. Eo ne es ferox, quia imperiũ habes in belluas? & imperioſus, Quintilianus [c] de pædagogis loquens. Nam & cedere præcipiendi peritis indignãtur (inquit) & velut iure quodã poteſtatis quo fere hoc hominũ genus intumeſcit, imperioſi, atque interim ſæuientes, ſtultitiã ſuam perdocét. Vim igitur hæc omnia impero, imperiũ, imperioſus cótinent. Quare ius dicẽtis imperium non in cauſſarũ cognitionibus, ſed executionibus verſatur. Vnicũ pro innumerabilibus locũ ex Cicerone [d] in hanc rẽ adferã: nam ſequẽti capite ex iurecóſultis plures adducẽtur. Nam per deos immortales quid intereſt, (inqt) vtrũ prætor imperet, viq; cogat aliquẽ de ſuis bonis decedere, an huiuſmodi iudiciũ det, quo iudicio indicta cauſſa, fortunis omnibus euerti neceſſe ſit? Quibus verbis nihil aliud vult q̃ nihil intereſſe, vtrũ prætor via (vt dici ſolet) facti ac per executionem procedens, nulla præcedente condẽnatione aliquẽ bonis ſuis re viq; ipſa priuet, an inauditũ indefenſumq; condemnet omnium nonorum adéptione. Ex quibus cóſtat iudicium in cauſſarũ cognitionibus, imperiũ vero in executionibus conſiſtere. Hæc ex principibus linguæ latinæ authoribus exẽpla adduxi, vt verborũ vis, propriaq; eorum ſignificatio innoteſceret, quã iurecóſultos noſtros cæteris omnibus authoribus lóge religioſius obſeruaſſe excoluiſſeq;, nemo eſt qui neſciat.

a Terẽt. in eunucho actus. ii. ſcena. ii.

b Terẽt. in Eunucho act. iii. ſcena. i.

c Quintil. lib. i. ca. ii. inſt. orato.

d Cice. act. iiii. in Verrem.

1 Poteſtatis verbũ generaliter & ſpecialiter ſumi.
2 Ius dicentis poteſtatem non in cauſſarũ cognitionibus,ſed in rerum iudicatarum executionibus conſiſtere.
3 Imperium generaliter & ſpecialiter ſumi, & quid vtroque modo ſignificet.
4 Iuſſus verbum quomodo accipiatur,& quæ ſit differẽtia inter actionẽ quod iuſſu & mãdati.
5 Quid ſit imperium.
6 Qua ratione diſcerni poteſt quæ iuriſdictionis quæve imperii ſint, & quæ alterutrum pronunciata contineant.
7 Qui magiſtratus maius minuſve imperium habere dicantur.
8 Poteſtatis,imperii,iuſſuſque verba, vſu differre.

Caput Quartum.

Andem quid poteſtatis,Imperii, iuſſuſque verba ſignificent, & quemadmodum his t iureconſulti vtãtur, videamus. Primũ poteſtas,vt & innumerabilia alia apud iureconſultos nomina,generaliter & ſpecialiter ſumitur. 1 Generaliter in poteſtate noſtra id eſſe dicimus, quod nobis licet,liberũ ac permiſſum eſt,ſiue vim nullam contineat, vt cum imperator ait.[a] A iudice iudex datus iudicis dandi poteſtatem non habet,iureconſultus ait.Iudicis dandi licentiam,[b] & id genus reliqua,[c] hic poſſibile, quod fieri poteſt,& impoſſibile, verba nec Quintiliano barbara, [d] & iurecõſultis noſtris vſitatiſſima :ſiue vim contineat,vt cum dicim⁹ maioris poteſtatis magiſtratus conſtitutus eſt.[e] Specialiter autẽ frequentiuſq; hoc poſteriori modo ſumitur, ab antiquo fortaſſe verbo poteſſe,quod vim quãdã deſignat. Terẽt.de Eunuchis loquẽs,[f] At pol ego amatores audierã eſſe mulierum eos maximos,ſed nihil poteſſe, & Quintilianus

a l.a iudice. C. de iudic.
b in hac.l.imperium.
c l.i.infra quib.ex cauſſ. maio l.i. de his quæ in fraud. credit, cũ ſimili.
d Quintil. lib.quĩto ca.x.iſti. orato.
e ii.§.ex actis ſup. de orig. iur.
f Terẽt. in Eunuchus actus.iiij.ſcena.iii.

a lib.i.cap.ii. inſt. orato.

b hac.l. imperiũ.

c ſup.lib.i.ca.vii. &.viii.

d l.i.§.exactis ſus de orig.iur.

ait pædagogos iure quodã poteſtatis intumeſcere.[a] Hic potentatus, potentia, potens, impotens, quæ vim omnia continent. Igitur ius dicentis poteſtas in rerum iudicatarum executionibus non in cauſſarũ cognitionibus verſatur. Primum iureconſultus ait, [b] poteſtatem & imperium merum eadem eſſe, atqui quod idem eodem loco ait, Imperiũ merũ eſt habere gladii poteſtatẽ ad animaduertendum .&c. ſuperius [c] abunde probaui executionis prorſus eſſe. Tum iureconſultus ait [d] ſũmum ius penes conſules fuiſſe, quia videlicet etiam de capite ciuis Romani ſententiam ferre ipſi poterant: Cur autem ſummam poteſtatem eos habuiſſe nuſquam legimus? ſane quia iniuſſu populi animaduertere, id eſt ſententiam criminalem exequi non poterant. Deinde ait, maioris poteſtatis magiſtratus (dictator nempe) creatus eſt. Cur autem maioris poteſtatis? an quia de re maiori ius ſententiamque dicere poſſet quam conſules? non ſane, nam quæ poteſt eſſe maior quam capitis ſentẽtia? eã autẽ ferre conſules poterant: ſed quia etiam capitis ſententiam exequi iniuſſu populi poterat. Itaque (inquit)[e] dictatores creati ſunt, a quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam animaduerſio data eſt. Atque ob eam cauſſam dictator ſummam poteſtatem habuiſſe, maiorisque poteſtatis magiſtratus quam conſules fuiſſe traditur. Item idem ait, [f] Siquis miſſus fuerit in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſſa, & non admittatur, poteſtate eius inducendus eſt in poſſeſſionem qui eum miſit, an non hic manifeſte de executione ſermo eſt? Et idẽ eodem loco, prætores (inquit) ipſos iure ſuæ poteſtatis exequi oportere decretum ſuum, nonnũquam etiã per manum militarem. Hic (opinor) negari poterit poteſtatem aliud eſſe quam maieſtatem illam authoritatẽ, atq; adeo vim illam magiſtratus, qua in executionibus vti lege illi datum eſt, & omnino ipſum ius exequendi atque (vt di-

e d.§. exactis.i

f l.ſi quis miſſus §.ne vis fiat e.qui i poſſ.infra.

ci vulgo ſolet)via facti vtendi Denique idem ait,[a] lege Iul.de vi publica tenetur,qui cum imperium poteſtatéve haberet,ciuem Romanum aduerſus prouocationem necauerit verberauerit.&c,quo rurſum vel vnico reſpōſo quid clarius adferri poteſt,vt poteſtatis verbum executionem deſignare probem⁹? Tenetur(inquit)lege Iul. de vi publica qui eum imperiū poteſtatemve haberet, id eſt exequendi poteſtatem, ciuem Romanum aduerſus prouocationem,id eſt non obſtāte (vt dici ſolet) appellatione,necauerit verberauerit. &c.quæ manifeſte executionis ſunt. Adiiciam & aliud cū ait,is qui[b] hoc imperio vtitur,id eſt qui executioni quæ aduerſus reſiduæ pecuniæ condemnatum fit præeſt, pecuniam in qua ille cōdēnatus eſt exiget quaſi a fiſci debitore, id eſt (inquit) pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo,an non hic(inquam)de executione ſententiæ ſermo eſt?Poſtremo huc pertinet quod(vt inferi⁹ tradetur)[c] poteſtas ideo populo data eſſe dicitur, quod corū omniū quæ publice agenda eſſent, quæque Senatus decreuiſſet,'executio illi data eſſet. Ex his igitur manifeſte patet, verbum poteſtatis imo & imperii meræ executiōis eſſe. Similiter imperium generaliter & ſpecialiter ſumitur. Generaliter quodcunque ius dicentis præceptum ſignificat, ſiue vim nullā continens,quale eſt hoc. Actor reo actionem edat,teſtes producat.&c. ſiue vim continens, quale eſt hoc,reus perſonaliter compareat, cōprehendatur,in ius educatur:ſic in hoc reſponſo generaliter ſumitur. Quod iuſſit vetuitve prætor &c.[d] Specialiter autē vim continet, idque eſt imperium de quo quærimus, quodque in merum ac mixtum diuidimus. Idem prorſus de verbo iuſſus, vt in ſupradicto reſponſo.[e] Speciali- 4
ter enim vis cuiuſdam maioris eſt,vt ſæpius apud iuriſconſultum,[f] hinc dicimus actionem quod iuſſu in nos competere,quoties ii mandatu noſtro cōtraxerunt, qui

a l.lege Iul.ad legi. Iul.de vi publ.

b l.eū eo ad leg. Iul.pecu.infra.

c infra cap.xx.

d quod iuſſit ſ.de re iud.

e d.l.quod iuſſit.

f l.ii.§.i.ſ.neg. geſto.l.is dānū infra de reg.iur.

nobis parere, neceſſe habēt, filios dico & ſeruos noſtros [a] qui in poteſtate noſtra ſunt: [b] mandati autem actio tūc in nos datur cum mandatu noſtro ii contraxerunt, qui vltro mandatum ſuſcipiunt, nam mandatum nullū eſt, niſi gratuitū. [c] Quare imperium hoc de quo quærim⁹, ita craſſius deſcribemus, vt ſit quodcūque ius dicentis præceptū cui eū de quo agitur neceſſitatis poteſtate omnino ac præciſe velit parere, aut quo aduerſus quēcūq; realē (vt dici ſolet) factique executionē fieri præcipiat, vt cum ita magiſtratus pronuntiat, Titius perſonaliter compareat, dāni infecti caueat, omnino ac præciſe ſibi Titium in his obtemperare vult magiſtratus, cum vero ita pronuntiat, Titius prehendatur, in ius educatur, in vincula cōiiciatur, Caius in poſſeſſionē dom⁹ Titii mittatur his aduerſus Titium executionem re vique ipſa fieri præcipit, hoc eſt, vult omnino his pronuntiatis Titiū agere aut pati. Continent itaque hæc pronuntiata imperium. Igitur rem totam iuriſdictionis & imperii exēplis declaremus. Sciendum eſt ius dicentis pronuntiata omnia iuriſdictionem, aut imperium continere. Nam re vera iuriſdictio nil aliud eſt quam ipſius ſentētiæ dictio ac pronunciatio, [d] imperium autem nil aliud quam ipſius ius dicentis præceptum, aliquid fieri iubentis aut vetantis, [e] & ab his, inquam, pronūciatis (quēadmodum etiā inferius latius declarabitur) [f] quæ iuriſdictionis quæ ve imperii ſint metimur, vt ecce. Cum a Titio centum forte quacūque actione peto, aut vt quid faciat, reſtituatve, aut etiam cuiuſcūq; eum criminis reum facio, ita ſuper his iudex pronuntiat. Condemno Titium vt centū ſoluat, id faciat, reſtituat, vt capite mulctetur. Hæc inquam pronuntiata nihilo plus imperii continent, quam ſi ita iudex pronuntiet, dico, iudico, exiſtimo, cēſeo, Titium dare, facere, reſtituere debere, aut capite mulctādū eſſe. Continent igitur meram iuris ſententiæq; dictionē, iudicium,

a toto tit. ſ. quod iuſſu. l. ſiquis mihi bona infra de acqui. poſſ.
b l. i. l. itē ſuſ. de his ſūt ſui vel alię.
c l. i. ſ. mandati.
d l. quātis. ſ. de in ius voc. l. poſtquā ſ. imperator. ſ. e legato.
e l. quod iuſſit. ſ. de re iudi.
f ſ. cap. xvi.

dicium, cẽſuram, ac veluti arbitriũ, nullum autẽ imperium prorſus. Sequuntur deinde huiuſmodi ſententiarũ executiones, quæ intercedente tã in ciuilibus quam criminalibus magiſtratu fiunt.[a] In his ſic ipſe verſatur. Cẽtum quorum dãnat⁹ es ſoluas, id facias, reſtituas, iubeo, hodie mandatum facio. I lictor, condemnati Titii manus colliga, capite mulcta &c. Hæc, inquam, vt manifeſtum eſt, executionem imperiumque continent. Itaq; in actionibus accuſationibuſque omnibus, iuriſdictionem quam vocant, ſimplicem verſari, eaſque iuriſdictionis eſſe aio: in rerum autem iudicatarum executionibus omnibus, ius dicẽtis imperium, iuſſum, poteſtatẽ, maieſtatemque exerceri, eaſque imperii eſſe exiſtimo. Deinde cum iudex ita in præparatoriis pronuntiat. Titius perſonaliter compareat, teſtes perſonaliter compareãt, præciſe imperat: cũ ita, Titius præhendatur, in ius educatur, in vincula coniiciatur, torqueatur, teſtes in ius educantur, captis pignoribus teſtificari cogantur. &c. executionem hæc continẽt. Sunt igitur imperii, at cum ita iudex pronũtiat, Actor reo libellũ det, actionẽ edat, teſtes inſtrumentave producat, inquirat, reus intra octo dies actori reſpondeat, exceptionẽ probet, inquirat, cõpareat, alioqui de cauſſa eo abſente cognoſcam ac pronuntiabo. His nihil præciſe ac omnino iudex fieri præcipit, nihilque proprie imperare intelligitur, ſed potius quid in cauſſa faciundum ſit, tantum dicit edicitque ac veluti facultatem dat ac permittit, ſuperioribus autem iure quodam poteſtatis imperat. Hæc igitur fere omnia quæ vulgo appunctuamenta vocamus, imperium nullum continent, ſed proprie edictum,[b] quare non imperii, ſed iuriſdictionis tãtum ſunt. At (inquies) quomodo hæc interlocutio Titius perſonaliter cõpareat, poti⁹ imperiũ continere intelligitur, q̃ hæc actionem edat, teſtes producat. &c? Hinc deprehẽdemus quod ſi Titius ad

a l. ii. §. deinde cũ eſſet ſuſi. de orig. iur. a diuo Pio in fra de reiud. l. ordo C. de execut. rei iudic.

b l. ad peremptorium. l. nõnunquã & l. ſeu. ff. de iud.

primum iuſſum non comparuerit vltro poſtea præhendi viq́ue comparere iubetur: at ſi actor cui edictum eſt vt actionem edat non ediderit, iudex edictum re, viq́ue ipſa exequi non coget, ſed reum abſoluet ab obſeruatione iudicii, ſi teſtes inſtrumentave non produxerit iuxta prius edictũ, iudex altero edicto cum inquirendi, producendorum teſtium, inſtrumentorumve facultate ſummouebit, id eſt forocludet. Hac itaque ratione diſcernemus quæ præparatoria imperii, quæ iuriſdictionis ſint. Ea enim iuriſdictionis ſunt quæ conſiſtunt in partis voluntate, ea vero imperii quæ in neceſſitate ius dicentis conſtituta ſunt.[a] Eadem prorſus ratione intelligemus hæc pronuntiata. Titius damni infecti legatorum præſtandorum nomine caueat, magis imperii eſſe quam iuriſdictionis. Nam ſi ad hæc Titius prædibus non cauerit, magiſtratus poſtea ipſe actori prædiis cauebit, Ita pronuntiãs. Actor in poſſeſſionem domus bonorumve Titii mittatur,[b] quod executionem ac proinde imperium continet. Quare iubere cauere, & in poſſeſſionem mittere, imperii eſt, ſuntque huiuſmodi cautiones & in bonorum poſſeſſionem miſſiones imperii. Atque ſupra dictis exemplis quæ iuriſdictionis, quæ imperii ſint, diſcerni poteſt, & omnino qui magiſtratus imperium, aut qui maius minuſve imperium habere, aut maioris poteſtatis eſſe dicantur.[c] Id enim non ex iudicandi ſed exequendi facultate metiendum eſt. Nam is omnino imperium habet, non qui iudicare, ſed qui exequi poteſt, is maius imperium habet qui maiora grauioraque non iudicare, ſed exequi poteſt. Huc pertinet quod inferius[d] referam vnde maiores minoreſque magiſtratus dicantur. Cogor autem vbique fere vulgatis iudiciorum noſtrorum pronuntiatis pro exemplis vti, tum quod omnibus vſitatoria ſunt, tum quod antiquorum pronuntiatorum formulæ, ſi omnino nos non deficiunt, certe ea

a arg. l. diuus verſicu. & quatenus §. ad leg. Cor. de falſ.

b l. i. infra quib. ex cauſſ. in poſſ. eatur l. i. infra vt leg. ſeu fideicõmiſ.

c l. iudicium. §. de iudic. l. iii. & iiii. ſup de offi. præſ. l. eius prætor ſupra titu. ii. l. cum eo iſra ad le. Iul. pecul. l. miſſus infra ne vis fiat ei. l. nõ poteſt infra de reg. iu. l. i. infra de ius voca.

d infra cap. xix.

Digitized by Google

inquirere maioris laboris eſſet quam fru ctus. Denique præmonendi ſumus, quamuis eiuſdem ſignificationis hæc eſſe videantur, poteſtas, imperium, ac iuſſus, vſu tamen differre. Poteſtatis enim verbum in habitu ſemper, in actu nũquam ſumi animaduerti. Neque enim quemadmodum dicimus quod iuſſit vetuitve prætor, contrario imperio tollere poteſt,[a] ita dicemus contraria poteſtate: quinimo ſpecialiter non niſi imperium merum ſignificat vt hic:[b] neque enim quemadmodum diuidimus imperium in merum ac mixtum, ita poteſtatem in meram mixtamque diuidem⁹. Preterea ſignificat interdum ipſum iudicem magiſtratumve qui imperium habet, ſicut de cuſtodiæ verbo, & aliis multis in iure dicere ſolemus,[c] quemadmodum & Alciatus recte tradidit.[d] Sic & in lege duodec. tabul. ſumi videtur cum ait, magiſtratus nec obedientẽ & nocuum ciuem mulcta, vinculis, verberibuſque coercento, ni par maiorve poteſtas prohibeſſit. Imperium autem & in actu ſumitur, & in habitu, & de mero mixtoque imperio æqualiter dicitur vt in hoc reſponſo.[e] Ipſa denique dignitas magiſtratuſque eius qui imperium habet, imperium dicitur, vt cum dicimus, magiſtratus debet ius reddere ſalua maieſtate imperii ſui.[f] Et Cicero fere deponere imperium (vt & iureconſultus interdum)[g] ait, pro eo quod frequẽtius nos dicimus magiſtratu abire, aut abdicare ſe magiſtratu,[h] hoc eſt deponere magiſtratum & inter priuatos redigi. Iuſſus autem interdum & in habitu dicitur, vt cum dicimus iuſſum penes populum fuiſſe, id eſt iubendi poteſtatem, de quo inferius dicemus, fere autem non niſi in actu a iureconſultis vſurpatur. Atque hæc de poteſtatis, imperii, iuſſuſque verbis ſimpliciter ſumptis ſufficiant, nunc ad merum imperium tranſeamus.

1 Merum Imperium quid.

a l. quod iuſſit. infra de re iudic.
b in hac. l. imperium.
c l. cuſtodias infra de pub. iud. l. ſolet ſupra de offic. pſc. vrbi.
d Alcia. in l. poteſtatis infra de verbo ſigni.
e hac. l. imperium confecta. d. l. quod iuſſit.
f l. pe. ſupra de iuſti. & iure l. pe. ſup. de offi. præſid.
g l. fi. ſup. de offic. proconſ.
h l. ii. §. & cũ placuiſſet ſup. de origi iur.

Digitized by Google

2 Merum quid dicatur.

3 Merum ius gentium quid, & declarata . l. bona fides infra depoſi.

4 Stipulatio quæ ex mero iudicis officio proficiſci dicatur.

5 Merum iudicis officium dicendum eſſe, quod hactenus nobile adpellatum eſt,

6 Quando magiſtratus mero imperio vtatur, & in quibus illud verſetur.

7 In ſentẽtiarum criminalium executionibus merum imperium verſari, nec vllam cauſſæ cognitionem admitti.

8 Mera ratio quæ dicatur.

9 In ſententiarum criminaliũ executionibus nullam cauſſæ cognitionem admitti.

10 Qua ratione ſententiæ criminalis executio ſit meri imperii.

11 Diuerſa eſſe negotia, cauſſarum criminalium cognitionem & iudicatarũ executionem, antiquus exercendorum capitalium ſiue criminalium iudiciorũ ordo, & vnde capitales triũ uiri dicti ſint.

12 Quare ſpeciali vocabulo qui capitales cauſſas iudicabant iudices dicebantur, & quare prætor qui illis præerat iudex quæſtionis dicebatur.

Caput Quintum.

IGitur ſi intellexerimus imperium ſimpli- 1
citer & in actu, nihil aliud eſſe quam magi-
ſtratus quencunque iuſſum, cui neceſſario
parendum ſit, aut quo executionē fieri iu-
bet, deinde mixtum imperium dici quod
iuriſdictioni coheret,[a] ſiue cui iuriſdictio ineſt,[b] intelli- a l.i.§.qui mādatā iuriſ.tit.ii.
gemus merum imperium nihil aliud eſſe quam imperiū b Hac.l.imperiū.
nulli iuriſdictioni coniunctum. Id eſt nullam admittens
cauſſæ cognitionem exercitionemve, quam iuriſdictio-
nem eſſe adſumo. Siquidem merum dicitur ſolū, & per 2
tranſlationem purum, & doctores noſtri id merum eſſe
dicunt,[c] quod eſt purum ſimplex & cum nullo alio mi- c Iaſ.poſt alios in hac.l.imperium.
xtum. Sic ſtipulatio dicitur continere merum factum, in
qua ſolum factum nulla autē datio verſatur,[d] vt hæc, in- d l.qui res.§.mihi Romę.ff.de ſolut.
ſulam ædificari. At hæc decem Romæ dari cōtinet & fa-
ctum & dationem, nempe vt dentur, & illic dentur. Sic 3
& merum ius gētium dicitur,[e] quod cum ciuilibus præ- e l.bona fides.ff. depoſi.
ceptis coniūctum non eſt, veluti ſi fur rem apud me de-
poſuerit quam poſtea alterius eſſe ſciam, ſimul autem fur
& verus dominus rem a me repetant, hoc merū ius gen-
tium eſt vt is omnino rem recipiat qui fidem noſtrā ſe-
cutus depoſuit, fur videlicet, ciuile autē præceptum eſt,
ſuum cuique ita tribui vt non diſtrahatur ab vllius per-
ſonæ iuſtiore petitione, hoc igitur caſu non merum ius
gentium ſequar, vt omnimodo rem furi domino inter-
cedēte reſtituam, ſed ciuile præceptum, vt verus domi-
nus rem ſuam recuperet, quod ſi dominus non interceſ-
ſerit furi reſtituam. In re igitur depoſita reſtituenda, non
ſemper merum ius gētium ſequimur, ſed ciuilibus præ-
ceptis mixtum temperatumque. Sic deinde actionē me-
ram pœnam continere dicimus,[f] quæ nullam rei perſe- f §.ex maleficiis inſt. de actio.
cutionem ſed ſolam maleficii pœnam cōtinet, qualis eſt
furti actio, mixtam vero quæ & rei perſecutionem & ip-
ſam pœnam complectitur, vt vi bonorū raptorū actio.

Digitized by Google

4 Sic denique ſtipulationem ex mero iudicis officio pro-
ficiſci dicimus,[a] quādo iudex ſolo ſuo officio(quod vo-
cant) nobili reum promittere cogit, qui nullo iure nul-
laque obligatione ad promittēdum actori tenebatur, vt
cum peto,vt reus de dolo caueat, vt ſeruum qui in fuga
eſt perſequatur,aut preciū eius reſtituat:aut damni infe-
cti nomine vicinus caueat: iudex reū promittere cogit,
quo iure,quaque obligatione ad id reus cōpellitur?nul-
lo ſane meo iure nulla mihi obligatione vinctus , mero
igitur iudicis officio.Atque hinc ſiquid naris habuiſſent
5 doctores antiqui,quod nobile vocāt iudicis officium, [b]
zaſius autem abſolutum dicendū putat,[c] intelligere ſen-
tireque poterant merum adpellandum eſſe, quod per ſe
ſtet nec vlli actioni accuſationive coniunctum ſit,quor-
ſum enim aliis nominibus adpellent , quæ nec rei cōue-
niunt,nec de his vlla mentio nec vlla litera reperiatur, [d]
relicto poſthabitoque conuenientiſſimo rei vocabulo,
eodemq; in iure expreſſo? Dicemus igitur magiſtratum
6 mero vti imperio quoties cuicunque quid iubet quod
omnino ac præciſe faciundum illi ſit, aut cum aduerſus
quemcūque executionem fieri iubet, ita vt nullam iuriſ-
dictionem,id eſt cauſſæ cognitionem admittat, ſed me-
ro ſuo iure propriaveluti authoritate,ac poteſtatis quo-
dam iure vtens.Id accidit in executionibus ſentētiarum
tam ciuilium quam criminalium , quas meri imperii, &
quidem ex æquo eſſe aio.In criminalis quidem ſentētiæ
7 executione nullam iuriſdictionem admitti vel hoc vni-
co iureconſulti reſponſo probatur.Siquis forte[e] ne ſup-
plicio afficiatur dicat ſe habere quod principi referat ſa
lutis ipſius cauſſa,an ad eum remittendus ſit videndum
eſt.Et ſunt plerique præſides tam timidi vt etiā poſt ſen-
tentiam de eo dictam,pœnam ſuſtineant id eſt differant.
Alii omnino non patiuntur quidquam tale allegantes ,
nonnulli neque ſemper neque nunquam remittunt, ſed

a In pri.de diuiſi. ſtipu.inſt.& in.l. v ff.de verb. oblig.

b do.in.l.i.ſup.c.

c zaſius in para: ke.huius tit.

d §.eſt aliud inſt. de dona.& i.d.l.v

e l.ſiquis forte.ſ. de pœnis.

Digitized by Google

inquirunt quid ſit quod allegare principi velint, quidque pro ſalute ipſius habeāt dicere, propter quæ aut pœnam ſuſtineant aut non ſuſtineant, quod videtur habere merā rationē. Cæterum (inquit) mea fert opinio prorſus eos non debuiſſe poſteaque ſemel damnati ſunt audiri, quicquid allegent, quis enim. &c. Ecce vt cū de executione ſententiæ criminalis agitur, nulla cauſſæ cognitio nulla allegatio auditur, etiam ſi ea in principis ſalutem proponatur, quam autem ob cauſam potius admittenda erat? Et tamen eorum factum iureconſultus probat, qui ne patiuntur quidē quicquā tale allegari. Quod 8
autem hic dicitur merā rationem habere, vt præſes inquirere debeat quid condemnatus allegare velit, meram rationem iureconſultus adpellat, quēadmodum merum ius gentium ſuperius declaratum eſt, nempe non cōiunctum ciuilibus præceptis, mera enim hominis ratio ſuadere videtur audiendum quandocunq; eum, qui pro ſalute principis ſe aliquid dicturum ait. Ciuilis autem ratio monet in criminis condemnatum ſententiam ſtatim exequendam eſſe, nec pœnam differendam.[a] Mera igitur ratio hoc patietur iuris ciuilis temperamentum, vt quiſque ante ſententiam audiendus ſit poſtea vero nullo modo. Addo ſiquis[b] certe deſignatoque exilii tempore, 9
vel operis publici damnatus ſit, ante præfinitum diē reuocari non poſſe. Item[c] pœnam ſua ſententia dictā præſidi prouinciæ reuocare non licet. Item[d] de amplianda vel muniēda pœna damnatorum poſt ſentētiam dictam, ſine principali authoritate nihil eſt ſtatuēdum. Item[e] ab executore ſententiæ tum ciuilis tum criminatis appellare non licet, niſi forte damnatus dicat eum ſententiam latam male interprerari. Cæterum in cauſſa adpellationis hoc tantum quæritur, recte necne executor interpretaretur, nō autem ſententia mutatur. Ex his igitur conſtat in executione ſententiæ criminalis nullam admitti

a l.cū reis.C.de pœnis.

b l.ſi operis.C.eo. tit.

c l.pœnā.C.eo.d.

d l.acta.§.de amplīāda.ſ. de re iu.

e l. ab executore de appel.ſ.

Digitized by Google

cauſſæ cognitionem, quorſum enim admitteretur? cum ſententiam ſemel dictam quæ rei iudicatæ authoritatem habeat magiſtratus nullus mutare, reſcindere, aut imminuere poſſit.[a] Adeo vt ſiquis mentitus crimen admiſiſſe, vel cum non haberet probationū inſtruméta, quæ poſtea reperit pœna afflictus eſt, nō niſi principali reſcripto pœna eius imminui, aut immutari, aut ipſe inintegrum reſtitui poſſit.[b] Quo fit vt executio ſententiæ criminalis imperii meri ſit, imperii quidem, quia poſt ſententiā condemnationis latam, quæ nullum imperium continet, ſequitur magiſtratus imperium, id eſt iuſſus executionem continés, I lictor colliga manus, ad ſupplicium damnatum ducito, in eum animaduertito, lege agito &c. Meri vero quia magiſtratus qui in cōdemnatum animaduerti iubet, nullam cauſſæ cognitionem a condemnato, nullā allegationem admittit, non ſolum vt ne executio in totum fiat, ſed vt ne differatur quidem.[c] Atque hic verborum vim propriamque eorum ſignificationem diligenter attendi velim, an non his rebus conueniāt quadrétque adamuſſim. Scio ſpeciales quoſdam caſus eſſe quibus executio vitari poſſit, & hic quoque principis reſcriptum neceſſarium eſt,[d] aut differri,[e] verum cum ſpeciales caſus ſint, regulam confirmare creduntur.[f] Denique & in ſpecialibus illis caſibus non condemnati allegationibus defertur, ſed alterius. At omnino cōdemnatus nihil allegare poteſt aduerſus ſententiæ executionem, quo aut differatur aut vitetur. Ergo ne temere & ſine cauſſæ cognitione in quenquam animaduertitur? Sane non ſine magno conflictu ſententia vlla decernitur,[g] ſed qui iuri præeſt non ſolam patienter audientiam accommodat ſuam, ſed etiam plena inquiſitione controuerſiam diſcutit,[h] vltroque contendentes interrogat num noui quid addi deſiderét, quod cum in ciuilibus cauſſis verum eſt, tum vero in criminalibus perneceſſarium, quæ pleniſſimam

a l.diui.§.de pœnis.

b l.ad beſtias.§.e.tit.

c d.l.ſiquis forte.

d d.l.ad beſtias.

e l.ꝓgnātis.l.qui vltimo.§.de pœ.l.ſi vindicari.C.eo.tit.l.I.C.de bo.ꝓſcri.

f §.vt aūt in aut.de nō alie. aut permut.col.ii.

g l.fi.C.cōmina.epiſtolas program.

h l.iudices.C.de iu.

mam examinationem, probationeſque luce meridiana
clariores (vt dici ſolet) exigũt,[a] ex quibus ſequitur con-
demnatio vel abſolutio. At poſt rem iudicatã, nec in ci-
uilibus negociis quicquam quæritur,[b] nec in criminali-
bus damnatus quicquid alleget auditur.[c] Verum non
vnicum, ſed diuerſa ſunt negotia, in priore quidem iu-
riſdictio iudiciumque exercẽtur, in eo magiſtratus quaſi
iudex verſatur, ac veluti motæ cõtrouerſiæ acceptus ar-
biter audientiam accõmodat ſuam, iura partium ſequi-
tur, earum allegationibus patienter obſecundat, denique
ſententiam ſuam dicit, fert, ac iudicat, planeque ius dicit
ſimpliciter his verbis condemno vel abſoluo, quæ nul-
lum imperium continẽt. In altero vero negotio execu-
tione videlicet, magiſtratus iure quodã poteſtatis, ac ve-
luti propria authoritate ſuoque iure rem agit, quaſcun-
que partium allegationes reiiciens, quicquid cauſſificen
tur negligens, denique imperio mero vtitur, nihil iuriſ-
dictionis, iudicii, nullam cauſſæ cognitionem admittẽs.
Itaq; merum imperium hic verſatur, id eſt magiſtratus
iuſſus meram ac ſolam executionem continens, & ab o-
mni prorſus cauſſæ cognitione iuriſdictioneque ſepara-
tũ, quippe quæ lata ſemel ſententia extinctæ ſint.[d] Quod 11
autem hæc diuerſa ſint negotia, non etiam vnũ, non con
tinẽs vna cauſſa, ex antiquo iudiciorum capitalium ſiue
criminalium ordine cognoſci poteſt. Is enim erat.[e] Pri-
mum accuſatio ad triũuiros capitales deferebatur, eam
mox ipſi ad prætorem deferebant, prætor certum iudi-
cum numerum, qui de crimine cognoſcerent adſume-
bat, aliquando ex ſenatoribus tantũ, aliquando ex eque-
ſtri ordine: aliquando ex vtroque, additis etiam tribunis
ærariis, idque pro temporum diuerſitate, quemadmodũ
Budæus docet, eorumq; iudicum conſeſſum prætor co-
gebat, quibus & ipſe præerat, reo damnato, non ipſi qui
iudicauerant, non prætor qui iudicibus præerat, ſenten-

lz

a l. qui de crimie. ʒ. de accu. l. fi. C. de probat.
b l. poſt rẽ. ʒ. de re iud.
c d. l. ſiquis forte.
d l. iudex. ʒ. de re iud.
e Budæus in. l. munerum. §. iudicãdi. ʒ. de muner. & ho.

Digitized by Google

ſiam exequebantur, ſed illi triumuiri capitales qui propterea capitales dicti ſunt, quod eorum interuentu animaduerteretur, [a] id eſt, quod criminales omnes executiones peragerent, proptereaque prætor iudex quæſtionis id eſt accuſationis ſpeciali vocabulo adpellabatur. & huiuſmodi iudices ſpeciali etiam vocabulo iudices adpellabantur, quod iudicare tantum nō etiam iudicatum exequi poſſent, nam iudex iudicare & iudicium ad cauſſarum cognitionem pertinent. Itaq; huiuſmodi iudices ac prætor, publicarum cauſſarum ſiue criminaliū iuriſdictionem iudiciumque habebant, non etiam imperium poteſtatemve ſiue executionem. Quo fit vt cauſſarū cognitio exercitio, iudiciumque, & earum iudicatarum exercitio, diuerſa ſint negotia, nam ſi vtrunque vnū idemque negotium eſſet, vni eidemque magiſtratui conceſſum, nec eiuſdē negotii continentia diuiſa fuiſſet. [b] Idem & ex iureconſulti reſponſo colligere facile eſt, cum ait. [c] Præſidem prouinciæ in alienæ prouinciæ hominem pœnam ſtatuere poſſe, qua ſtatuta obſeruatum eſſe ait, vt ad eum qui ei prouinciæ præeſt vnde is homo eſt, remittat. Porro nonne conſules (vt iam dictū eſt) de capite ciuis Romani cognitionem, iuris ac ſententiæ dictionem habebant, non etiam executionem? ea enim popularis erat poteſtatis. [d] Ex his omnibus colligimus in criminalibus iuriſdictionem ſiue cauſſæ cognitionem, & rei iudicatæ executionem diuerſa eſſe negotia, in priori iuriſdictionem, iudicium, iudicem verſari, finirique lata ſemel ſententia, in altero poteſtatem, iuſſum maieſtatem merumque magiſtratus imperium exerceri.

a l.ii.§.deinde cū eſſet.ſup.de ori.iu.

b l.nulli.C.de iud.

c l.nō dubiū.ſ.de cuſto.& exhib.reo

d l.ii.§.exactus.

1 Merum imperium in executionibus ſententiarum ciuilium verſari, & qua ratione.

2 Quod in iiſdem imperium verſetur.

3 Quod in iiſdem nulla cauſſæ cognitio admittatur.

4 In cauſſarum ciuilium cognitionibus & earundem iudicatarum excutionibus duplex negotium verſari.

5 Prætoria verba do, dico, addico.

6 In ſententiarum ciuilium executionibus imperium merum verſari.

Caput ſextum.

Onſequenter autem videamus quẽadmodum in executione ſentẽtiæ ciuilis ſiue pe- 1
c cuniariæ merum imperium verſetur. Cum a Titio decẽ ex ſtipulatu forte aut quauis alia actione quid peto, poſteaquam paret iudici eum dare oportere, ſententia cõdẽnationis verbis concipitur. [a] Cõdemno Titium vt decem Caio ſoluat, rem reſtituat &c. Hæc pronuntiata nullum imperiũ continent. Tum præterito legitimo tempore quod iudicatis datur, executio ſequitur. [b] Eam (inquã) meri imperii eſſe aio. Imperii quidem quod iuſſum cui omnino parendum ſit, aut executionẽ facti contineat, meri vero, quod in ea nulla cauſſæ cognitio, nulla iuriſdictio admittatur.
Prius probatur. Ait prætor. [c] Condemnatus vt pecuniã 2
ſoluat, a iudicato ergo hoc exigitur vt pecuniam ſoluat, (inquit iureconſultus) quid ergo ſi pecuniam quidẽ ſoluere paratus non ſit, ſatiſſacere autẽ paratus ſit? datis videlicet fideiuſſorib⁹ aut pignoribus? Et ait prætor vt pecuniam ſoluat. Omnino igitur pecuniam ſolui exigitur. Adeo vt etiam capta pignora non ſatiſſaciant, niſi ven-

a l.i.ſ.de re iud.l. p̃ſes puinciæ.C.de ſentẽ.& interlo.

b l.iiii.§.ſiquis cõdẽnatus.l.debitoribus.ſ.de re iud.l.i. C.de execut.rei iu.

c l.ſi ſe nõ obtulit §.ait p̃tor.ſ. de re iud.

dita pecuniaq; inde redacta actori numerata, aut ſi emptorem nõ reperiant actori addicta ſint.[a] Quod ſi rei reſtituendæ quis condẽnatus ſit, omnimodo in executione rem (ſi extat) reſtituere cogitur, adeo vt etiã manu militari auferri poſſit.[b] Porro ſi condẽnatio ſit facti ad quod præciſe (quod interim accidit)[c] reus cõdẽnatus ſit, idem imperium eademq; vis quæ in re reſtituẽda exercebitur, ſi in id quod intereſt condemnatio (vt ſæpius fit)[d] cõcepta ſit, eadẽ erit executio quæ & in executione pecuniæ dandæ de qua nũc dictum eſt. Nec ſunt alterius generis ciuiles cõdemnationes quam quæ ad dandum faciundũ reſtituendumve obligant, in quarum omniũ executionibus imperium exerceri[e] manifeſtũ ex his eſſe poteſt. Alterum (quod videlicet in executione nulla cauſſæ cognitio admittatur) ſequentibus rationibus probatur. Poſt rẽ iudicatam nihil amplius quæritur.[f] Item ab executore ſententiæ appellari nõ poteſt, niſi forte iudicationis modum excedat.[g] Item ſi executor datus partes iudicis ſibi vendicat & cõtra ſententiã quã exequitur ſtatuerit quidquam, ſententia ab eo dicta rei iudicatæ vim nullam obtinet.[h] Item nulla exceptio quæ rem iudicatã impugnet in executione rei iudicatæ opponi poteſt.[i] Item nulla licentia damnato, nec ei qui perſonã eius prætendit, contradicendi executioni cõceditur, nec ſi fideiuſſores dare velit.[k] Item nec ſuam nec deceſſoris ſui ſententiã quiſq̃ retractare poteſt.[l] Item nec imperiali reſcripto, nec ſub ſpecie inſtrumentorũ poſtea repertorũ reſcinditur ſentẽtia.[m] An non ex his ſatis conſtat in executione ſententiæ nullã cauſſæ cognitionẽ admitti? nec ſi admiſſa ſit quicq̃ agi? quando rem ſemel iudicatã minuere, aut ampliare, aut mutare, aut reſcindere, aut vllo modo corrigere nõ eſt ius dicenti permiſſum?[n] Et omnino nullam cauſſæ cognitionem admitti Accurſius probat,[o] non ſolum vt ne omnino executio fiat, ſed vt ne differatur

a l.a diuo Pio.§.ſi vẽditiõe.&.§.ſi pignora ff.de re iud. l.ordo rei.C.de exec.rei iud.
b l.qui reſtituere.ff.de rei ven.
c doct.in.l.ſtipũlationes nõ diuiduntur.verſ. Celſus.ff.de ver.ob. & in l.ſi quis ab alio §.ſi ff.de re iud.
d d.§.ſi.
e l.& ſi prętor.ſup.§.ii.
f l.poſt rẽ.ff.de re iud.l.terminata de fru. & litiũ exp.C.
g l.ab executione.C.quo.appellat.non recip.
h l.ſi vt proponis.C.de exe.rei iud.
i Bar.in.l.in fũdo de rei ven.ff.
k l.pperãdũ.§.ſin aũt reus de iud.C.
l l.1.& toto titu.C.ſenten.reſci.nõ
m l.impetrata.eo.tit.l.ſub ſpecie.C.de re iud.
n l.iudex.ff.de re iud.
o gl.l.1.C.de iud.

Digitized by Google

quidem,[a] quod intelligendum eſt poſt præteritum iudicatis conceſſum legitimum tempus.[b] Scio quemadmodum & in præcedenti capite dictum eſt, ſpeciales quoſdam caſus eſſe quibus rurſum de re iudicata cognoſci poſſit,[c] verũ in genere regulam confirmãt.[d] Rurſum (vt & ſuperiori capite traditum eſt) ſciendum eſt in huiuſmodi cauſſis ciuilibus priuſquam ad effectum perductæ 4
ſint duplex negotium requiri. Prius eſt exercitio cauſſæ[e] in qua iudex, iudicium, iuriſdictio exercentur, lataque ſententia condemnatiõis vel abſolutionis eſſe deſinũt:[f] inde res iudicatæ dicuntur.[g] Alterum eſt executionis, in qua imperium, iuſſus, maieſtas, poteſtas, verſantur: non autem iudex, aut iuriſdictio. Quod vero diuerſa ſint negotia non vnũ continens, hinc adparet, quod iudex datus lata ſententia executionem non habet;[h] quod ſi vnicum eſſet negotium cauſſæ continẽtia nõ diuideretur.[i] Idem ex prætoriis antiquis illis verbis colligitur. Do, dico, addico,[k] Do ad perſonales actiones in quibus prætor ad dandum cõdemnabat. Dico ad eas in quibus reũ ad factum, aut ad rem reſtituendam damnabat: dicebat enim huiuſmodi ſententiis in quibus dico verſari dice- 5
batur, reum debere facere, aut dicebat actorem rei dominum, id eſt declarabat, ea enim eſt rei vendicationis concluſio.[l] Addico autem imperii verbum eſt, pertinet enim ad executiões, quæ quidẽ in ſupradictis fiunt poſt latam ſententiam ac rem iudicatam.[m] Sunt igitur diuerſa negotia diuerſæque naturæ, cauſſæ cognitio & eiuſdẽ iudicatæ executio. Adeo vt (quemadmodum & de rebus criminalibus præcedenti capite dictũ eſt) iuriſdictio quibuſdam cauſſæque cognitio tantum tributa ſit, etiam ordinariis iudicibus, executio autem ad maiores magiſtratus referatur.[n] Et omnino ſententiarum rerumque ciuilium iudicatarũ executiones meri eſſe imperii hac rõcinatiõe colligitur. In huiuſmodi executionib⁹ imperium

a Paul. Caſt. I. l. qui pro tribunali infra de re iudi.
b l. iiii. §. ſiquis & condemnatus & l. debitoribus infra. de re iudi. & l. ii de bitori ꝟ. de iud. l. ii. & iii. C. de vſur. rei iudic.
c l. i. C. de iuris & fact. igno. vbi doctọ l. illicitas §. fi. ſupra de offic. pñ. p. oui. l. i. de executi. rei iudi. & in rubric. ſi ex falſis inſt. c.
d §. vt autem in autẽn. de non alie. aut permu. Col. ii.
e l. i. C. de execut. rei iudi.
f l. iudex infra de re iudi.
g l. i. infra de re iudic.
h l. a diuo Pio infra de re iudi. vide ſup. lib. ii. cap. x.
i l. nulli. ꝟ i. de iu.
k Alcia. in l. pecuniæ §. actionis infra de verb. ſignifi.
l §. omnium in fi. inſti. de actio.
m l. i. C. de execu. rei iudi.
n infra cap. xix.

Digitized by Google

verſatur,[a] ergo aut merum aut mixtum,[b] non mixtum, quia id aut iuriſdictioni coheret aut ei iuriſdictio ineſt,[c] at in executionibus huiuſmodi cū executor iudicis partes ſibi vendicare [d] aut iudex eſſe non poſſit, nullam iuriſdictionem admittere poteſt, ſunt enim coniugata iudex & iuriſdictio. Rurſum ſi nulla iuriſdictio interponi poteſt, imperium hoc quod in executionibus ſententiarum verſatur, nec iuriſdictioni coheret, nec iuriſdictio ei ineſt, mixtum igitur non eſt: quare conſequens eſt id merum eſſe, quod & verum eſt. Itaque ſententiarum etiā ciuilium executiones imperii meri ſunt: imperii quidem quod omnino ac præciſe magiſtratus condemnatum rē iudicatam facere iubet exequiturque, meri vero, id eſt nulli iuriſdictioni cōiuncti, quia quicquid condemnatus alleget ne iudicatum faciat, non auditur, ſed magiſtrat⁹ reiecta quacunque cauſſæ cognitione iudicato ſatiſfacere condemnatum cogit. Atque hic quam apte imperii meri verba rei conueniant animū aduerti obſecro. Idē & hac ratione manifeſtum erit, Poteſtas & merum imperium eadem ſunt,[e] at poteſtas in rerum ciuilium executionibus verſatur,[f] ergo & merum imperiū. Scio aduerſus hæc argumēta præſto eſſe, ſed inferi⁹ tractabūtur,[g] interim autem admonendi ſum⁹ merum imperium mero iudicis officio ſupradictis rationibus explicari, quia videlicet nulla accuſatio nullaq; actio ſupereſt cui ſubſeruiat, cum hæ ſententia ſemel lata finem acceperint. Tametſi ſecus a Bartolo & cæteris nonnullis traditum eſſe ſcio,[h] ſed nō recte, magiſque Alciato aſtipulor,[i] qui Angelum ſecutus,[k] executiones mero officio explicari tradidit.

a l.etſi prætor ſupra tit. ii.
b hac.l.imperium
c hac.l.& l.i.§.qui mādatā ſup. tit. ii.
d l.ſi vt proponis C. de exe. rei iud.
e hac.l.imperium
f l.ſiquis miſſus in fra ne vis fiat ei q in poſſ.miſſ. eſt.
g infra.ca. ix.
h Bar.& Iaſ.in.l.i. ſup.eo.
i Alcia.in.l. pecuniæ §. actionis ſ. de verbo. ſignific.
k Angel. in §.i. in auten, de here. & fal.

1 Declaratur hoc toto capite nouo atque adeo vero ſenſu.l.i.§.qui mandatam ſupra tit.ii.

2 Errare doctores in enarratione dictionis huius proprium, in.d.ſ.qui mandatam : & quomodo ea intelligenda ſit.

3 Quid proprie iuriſdictionem tranſferri ſignificet, & quæ ſit inter iuriſdictionem & cauſſæ congnitionem differentia.

4 Verbum tranſferri ſimpliciter non ſignificare dominii tranſlationem.

Caput Septimum.

n

Vnc vero ſentētia hæc noſtra de mero imperio, quam apte concinneque iureconſultorum reſponſis conueniat quadretque videam⁹, nulla enim re æque probari eā poſſe exiſtimo: & pauciſſima in hanc rem adduci poſſunt, ſed cum verborum vis, propriaqꝫ eorum ſignificatio ſententiam plane noſtrā confirmēt, vel vnicum ſequens reſponſum [a] ſufficiet, adeo totum noſtrum eſt, propterea que nouo atque adeo vero ſenſu lati⁹ enarrabimus. Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit. Mandatam iuriſdictionem intellige, ſiue tota generaliter iuriſdi. mandata ſit, ſiue certa eius ſpecies, [b] & rurſum iuriſdictionem intellige quarūcunque cauſſarum non ſolum ciuilium, imo vero & criminalium: hoc enim reſponſū ex altero dependet, [c] in quo nominatim de cauſſis criminalibus agitur. Sequitur propriū nihil habet ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtitur. Omnino mihi nō placet interpretatio huius dictionis proprium, a doctoribus tradita, tametſi propter eam clamitāt, ſe nō quod pueri in faba reperiſſe. [d] inquiunt enim delegatus intelligo ſemper tam de eo qui ad vniuerſitatem cauſſarum

a l.i.ſ. qui mandatam ſup.tit.ii.

b l.ſolet & l. prætor. infra eo.

c l.i. in princi. ſupra tit.ii.

d Iaſon & Decius in.d.ſ. qui mādatam.

quam qui ad ſpeciem certumve genus delegatus ſit) ſimilis eſt vſuario, quemadmodum enim vſuarius rei ipſius vſum tantum habet; verum proprietas apud dominũ remanet, ita iudex ordinarius proprietatem iuriſdictionis habet, delegatus autem eius vſum tãtum. Hæc comparatio inepta eſt. Nam qui vſum rei habet, re ipſa ſuo iure vtitur, nec ei inuito vſus auferri poteſt, quinimo confeſſoriam in rem actionem ſi vſus denegetur habet.[a] At delegatus mandata iuriſdictione ſuo iure non vtitur, ſed alieno beneficio:[b] Adeo vt etiam ſine cauſſa, ſed mero delegantis arbitrio quandocunque reuocari poſſit, nec retinẽdæ iuriſdictionis ius vllum delegatus habet.[c] Itaque ſi res comparationem requirat, hanc malim facere. Quemadmodum is cui rem precario vtendam conceſſi, nihil in ea proprium habet, ſed ea meo beneficio vtitur, adeo vt quandocunque mihi placuerit rem repetere, illique auferre poſſim,[d] quod quidẽ indicium vel certiſſimum eſt illi nullum in ea re ius eſſe, nihilque proprium habere, cum res noſtra ſine facto noſtro nobis non auferatur,[e] ita qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit nihil proprium habet, ſed mandata iuriſdictione alieno (mandantis nempe) beneficio quandiu illi viſum

3 fuerit permiſeritque quaſi re precaria vtitur. Sequitur, verius eſt enim more maiorum iuriſdictionem quidem transferri. &c. Videri poſſet verſiculus hic ineptus, niſi quis attendat quid proprie iuriſdictio ſignificet, Nam quis dubitat mãdata iuriſdictione iuriſdictionem transferri? ſed ita intellige, mandata iuriſdictiõe, iuriſdictionem quidem trãſferri, id eſt hactenꝰ iuriſdictionem mandari: vt etiam delegatꝰ ius ſententiamq; dicere poſſit, id enim iuriſdictio proprie ſignificat,[f] cognitio autem cauſſæ etiam excluſa ſententiæ dictione adpellatur,[g] verius eſt igitur iuriſdictionem transferri. Non eſt

4 cur verbo transferri quiſquam moueatur poſt Iaſoné,[h] qui verſicu

a §.æque inſti. de act.

b l. more cum. l. ſeq. infra eo. l. a iudice codice de iu[d].

c l. ſolet ſuß. de off. proconſ. l. iudicium infra de iud.

d l. i. infra de p̃ca.

e l. id quod noſtrũ infra de re iur. l. ii. ſupra de his qui ſũt ſui.

f l. pe. ibi, etiam cũ inique decernit ſupra de iuſt. & iure.

g d. l. ſolet.

h Iaſ. in d. §. Qui mandatam.

qui verſiculum hunc difficulter cum præcedenti cohærere putat, quaſi verbo transferri proprietatem tranſire ſignificetur, quod ſuperius negatum eſt, vbi dicitur, proprium nihil habet, neque enim verbum hoc ſimpliciter dominium proprietatemve dari ſignificat, ſed ſimpliciter ad alium ferri etiam nullo iure in illum conſtituto. Et cum de dominio transferendo lex loquitur, non ſimpliciter eo verbo vtitur, ſed ſemper addito dominii verbo, quod ſuperflue adiiceretur ſi illud ſolũ ac per ſe dominii tranſlationem ſignificaret.[a] Sed redeamus, Verius eſt more maiorum.&c. In delegatum (inquit) iuris dicendi poteſtas etiam hactenus transfertur, vt is ſententiã ferre poſſit. Sequitur, ſed merum imperium quod lege datur tranſire non poteſt, id eſt ſed ſententiæ latæ exequendæ poteſtas non ſimul mandata iuriſdictione tranſire poteſt. Nam cum iuriſdictionis verbum ex propria vi (vt iam dictum eſt)[b] etiam imperium merum contineat, mandata iuriſdictione tranſire videbatur, argumento eorum quæ inferius diſputantur,[c] Cur autem non tranſeat rationem ſubiicit, hoc enim (inquit) merũ imperium, id eſt hæc exequendi poteſtas ſpecialiter lege data eſt, atque ita nec mandari, nec mandata iuriſdictione tranſire poteſt.[d] Quare iureconſultus a poſteriori, hoc eſt ab effectu, (nam iuriſdictionis effectus eſt ſententiæ executio)[e] probat eum qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habere hac ratione. Quod delegatus proprium nihil habeat mandata iuriſdictione hinc conſtat, quod quamuis ſententiæ ferendæ poteſtatem habeat, non tamen eam exequi poteſt. Nam ad cuius propriam iuriſdictionem cauſa quæcũque pertineat, ſententiæ executio a poſteriori docet: reſcriptum eſt enim vt delegans delegati ſui ſententiam exequatur,[f] quaſi videlicet delegans iuriſdictionem ſuam ac

a l. traditionibus C. de pact. l. nũquã nuda. l. traditio l. iuſt de acq. re do mi. J.

b ſup. cap. ii.

c J. ca. xx. nũe. iiii.

d d. l. i. ſup. titu. ii.

e l. properandum §. ſin autẽ reus .C. de iud. l. ordo. l. executorẽ .C. de exe. rei iudi.

f d. l. a diuo Pio.

propriam ad effectum ipſe perducere debeat,[a] Deinde adpellationis iudex ſententiam a ſe confirmatam exequitur,quia per appellationem ad eum cauſſa pertinere cœpit,[b] cum ſententia ſemel lata is a quo prouocatum eſt iudex eſſe deſierit.[c] Quibus conſtat vt ſententiæ executio doceat cuius ſit iuriſdictio. Naturali igitur ratione quæ ex rebus effectis ad cauſſas procedit, non ordine doctrinæ,quo rerum cauſſas primum contemplamur,iureconſultus docet ac demonſtrat eum cui mãdata eſt iuriſdictio proprium nihil habere, ex eo quod ſententiæ a ſe latæ executionem is non habet. Cum ſiquis quærat cur delegatus ſententiam ſuam exequi non poſſit:ea cauſſa reddenda ſit,quia nihil proprium mandata iuriſdictione habuit,ſed vice tantum alterius ius dixit,nec propria eius iuriſdictio fuit.[d] Nam executio ex ſua cuiuſque iudicis iuriſdictione procedit.[e] At (inquies)imperium merum cum lege detur mandari non poteſt,[f] ſententiæ ciuilis executio mandari poteſt,[g] ergo ea meri imperii non eſt. Huic ratiocinationi inferius reſpondebitur,[h] Interim hic eſt huius reſponſi veriſſimus ſenſus hactenus,ex quo ſequentia problemata collige.

1 Qui mandatã iuriſdictionẽ ſuſcepit proprium nihil habere,quod ſatis probatum ac declaratum eſt.

2 Hinc effici ne is ſententiam ſuã exequi poſſit,quod mox probabitur.

3 Hinc etiã effici, ne idem alteri iuriſdictionẽ mandare poſſit,quod ita contra[i] receptã hacten⁹ ſententiã intelligẽdũ eſt, vt etſi tota iuriſdictio cui mãdata ſit, tamen is non ſolũ cauſſam aliquã,ſed ne cuiuſcunque quidem cauſſæ articulũ vel minimũ mandare poſſit. Deinde a contrario ſenſu ſequitur.

4 Si quis legatus quocũque priuilegio propriã iuriſdictionẽ habeat (quales ſunt legat⁹ proconſulis & iu-

a l.ordo. C.de execut. rei iudi.

b l.eos vbi glo.C. de appel.

c l.iudex &.l. i.§. fi.ifra ad ſena.turpill.

d d.l. ſolet &. l.a iudice, C.de iudic.

e d.§.ſin autẽ reus

f d.§.qui mãdatã.

g d.l.& ſi prætor. ẽt.ti.ſupra.

h infra, cap.,ix.

i doctọ.in.d.l.a iudice & in. l. more maiorum infra co.

dex a principe datus)poſſe eum & ſubdelegare & exequi,hæc autem duo inferius tractabitur.[a] Sequitur, Quare nemo dicit animaduerſionem legatum procóſulis habere mandata iuriſdictione. Corollariũ hoc ita ex præcedentibus infertur. Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit proprium nihil habet,quod inde conſtat,quia is ſententiam a ſe latam exequi non poteſt, hinc conſequens eſt legatum proconſulis non habere animaduerſionem, id eſt executionem merumque imperium in rebus criminalibus,quæ eſt ratio?quia in eis proprium nihil habet. Etenim mandata iuriſdictione proconſulis legato totum iuris dicendi officium in eum tranſit, ita vt etiã ſpeciali priuilegio quodam propriam iuriſdictionẽ habeat,[b] exceptis tamen rebus criminalibus, nam in eis nullam cauſſæ cognitionem niſi ſpecialiter mandatam habet,atque hactenus ei mandari poteſt(quod inferius[c] latius declarabitur) vt auditas cuſtodias ad proconſulem remittat nec condemnare poſſit.[d] Ex quo conſtat in criminalibus proprium nihil habere,cum ne condẽnationis quidem dicendæ poteſtatem habeat, quod ſi proprium in his habet nihil, non habet merum imperium, id eſt earum executionem, ſi executionem earum non habet, animaduerſionem non habet. Eſt enim animaduerſio rerum criminalium executio. Quoniam ergo proconſulis legatus in ciuilibus propriam iuriſdictionem habet,[e] in his & merum imperium habebit,id eſt executionem,at quia nihil proprium in crimi nalibus rebus habet,ſimiliter nec earumdem executionem habebit. Atque his ſecunda concluſio ſuperius adſumpta probatur. Sequitur Paulus notat hæc omnia vera eſſe:Imo imperium quod iuriſdictioni coheret mandata iuriſdictione tranſire verius eſt. Sic aduerſatur hic verſiculus præcedentibus. Mandata iuriſdictione cum delegatus proprium nihil habeat,imperium merum

a infra cap. xxiii.

b l.i.§.an autẽ infra de ſup. tuto. l. cognitio ſupra titu.ii.glo.d.l. ſolet & d.l.cognitio verſicu.vt ab his honorum poſſeſſio.

c īfra ca xxiii.numero. ii.

d d.l. ſolet.

e vnde infra cap. xxiii.

non tranſit, id eſt exequendi poteſtas, imo mixtum imperium quod iuriſdictioni coheret mandata iuriſdictione ſimul hoc ipſo tranſit. Id autem quid ſit, cur, & quomodo fiat, ſuo loco dicemus.[a] Hic eſt igitur veriſſimus huius reſponſi intellectus. Qui cauſſarum quaruncunque criminalium aut ciuilium iuriſdictionem tum vniuerſalem tum ſpecialem ſuſcepit, proprium nihil habet, quod inde cõſtat quia quãuis ipſius ſentẽtiæ ferẽdæ poteſtatem habeat, non tamen exequendæ. Quibus cõſequẽs eſt legatum proconſulis animaduerſionem cauſſarumve criminalium executionem non habere, quia videlicet in eis proprium nihil habet, vt hinc adparet, quod ne condemnare quidem quemcumque criminis poteſt, verum enim quamuis in delegatum merum imperium non tranſeat, mixtum tamẽ imperium quod iuriſdictioni coheret, tranſit. Hic omnibus iudicandum relinquo quantum hæc enarrãtio & verbis, & rationi tũ naturali tum ciuili conueniat.

a infra cap.x.

1 Declaratur reſpõſum hoc noſtrum Imperium, in princi.

2 Peculiaris iurecõſultorum mos in declarandis verborum ſignificationibus.

3 Ratio dubitandi ad.d.reſponſum, Imperium.

Caput Octauum.

1 Ccedamus ad reſponſum noſtrum,[a] Merum imperium in ſententiarum executionib⁹ verſari dicim⁹, reſpõſum hoc noſtrũ nõ niſi de executiõe rei criminalis loqui ſuperius ex propria verborum vi ac ſignifi-

a l.imperium.

catione probauimus.[a] Rurſum in eo nullam diffinitionem meri imperii tradi ſatis quoque probatum eſſe putamus.[b] Sed cum iurecõſultus ait, imperium merum eſt habere gladii poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, ſimilis eſt locutio, quaſi cũ dicas, fortitudo eſt pro patria morti ſeſe deuouere, non autẽ in eo ſolo fortitudinem verſari quis dicat, proptereaque nec diffinitionem.[c] Huic ſimilis eſt. Fœliciſſima vita eſt nihil ſapere. Terentius,[d] noſſe hæc, id eſt meretricum ſordes inopiam & ingluuiem, ſalus eſt adoleſcẽtulis. Horatius,[e] virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe. Virgilius.[f] Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. In quibus omnibus diffinitionem nullam eſſe quiſquam dixerit, ſed infinita verba nominum loco poſita. Itaque in hoc reſponſo noſtro meri imperii ſpecies tantũ proponitur, ſed non ab re, vt pote qua propoſita, quid imperium merum ſit ſatis declaratur. Sciendũ eſt enim peculiare id iureconſultis noſtris eſſe, quoties verbi cuiuſcunque ſignificationem docere, & quid cuiuſcunq; verbi adpellatione contineatur declarare volunt, eos verbũ id non diffinire (id enim quam rariſſime faciunt,) ſed eam ſpeciem exprimũt quæ omnium minime verbo de cuius ſignificatione quæritur, contineri videbatur. Verbi gratia, cũ iureconſultus ait proximi adpellatione etiã eum contineri qui ſolus eſt, & ſupremas tabulas quæ ſolæ ſunt, non diffinit,[g] ſed his propoſitis ſpeciebus, quæ quidem magis in dubium venire poterant, an proximi ſupremive adpellatione contineri poſſent, ſatis eorũ verborum ſignificationem declarat, vt ſi proximus is ſit qui cum ſolus ſit anteceſſorem nullum habet, multo fortius is proximus dicatur, qui cum plures ſint omnes antecedit. Sic & ſi poſtremus is dicitur, quem cum ſolus ſit nemo ſequatur, multo fortius is poſtremus dicetur, quem plures antecedant nemo autẽ ſequatur. De illis enim ma

a ſup̃. lib. i. c. x. & xi.
b ſup̃. lib. i. cap. vi. vii. viii. ix. x. xi. & xii.
c l. i. §. dolum. ff. de dolo.
d Terẽt. in eunuc. act. v. ſcena. iiii.
e Horat. in. i. epiſt.
f Vergil. ii. æneid.
g l. proximi. ſ. illa verba. l. in vulgari. ff. de verb. ſig. l. i. §. proximus. ff. vnde cogna.

ior erat dubitatio, cum proximus & ſupremus viderentur eſſe ad aliquid: iſque modus toto fere.tit.de verbo.& rerum ſignifica. infra obſeruatur, [a] ſoletque iureconſultus fere adiicere dictiones, etiam, vel, &, nō ſolum, vel ſimilia, quæ augmentum denotant. [b] Sic ait, alienationis verbum etiam vſucaptionem cōtinet, [c] quaſi dicat nedū venditionem donationem &c. de quibus minus dubium erat. Eadem forma ſolet iureconſultus prætorum edicta interpretari, prepoſitis videlicet tantum ſpeciebus quæ minus edicto contineri videbātur. Dicimus enim legem de magis dubitabili ſemper ſanciendam eſſe. Sic poſtremo in hoc reſponſo declaratur quid ſit mixtum imperium, cum ait, Mixtum imperium eſt cui etiam iuriſdictio ineſt, ſic & iuriſdictio cum in antiquis exemplaribus ita legitur, iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licētia, quæ quidem dictio etiam manifeſte declarat non tantum imperiū mixtū eſſe cui iuriſdictio ineſt, ſed præterea aliud quidpiam: & iuriſdictionem non ſolum iudicis dandi licentiam eſſe, ſed & quidpiam aliud. Nam adiecta dictio etiam, auget ſignificationem verbi, [d] quare iuſtæ diffinitiones eſſe non poſſunt, [e] quod ſi nec mixtum imperium nec iuriſdictio hic diffiniuntur, certiſſima cōiectura eſt, nec imperium merum diffiniri, ſed propoſita tantum maxime dubitabili meri imperii ſpecie ipſum declarari,
3 igitur merum (inquit) imperium eſt habere gladii poteſtatem &c. Id eſt poſſe gladio animaduertere in condemnatum, poſſe gladio criminalem ſententiam exequi, merum etiam imperium eſt, id eſt etiam eius imperii eſt, quod nullam cauſſæ cognitionem admittit. Illud enim tantum non incredibile videbatur, vt eius pœnæ capitalis quæ omnium ſumma, [f] eſt executio, imperii meri eſſet, id eſt eius imperii quod nullam cauſſæ cognitionem admitteret, quin potius hac pœna damnatus poſt latam etiam ſententiam quandocunq;, & quicquid,

[a] l.minus ſolutū l.actiōis.l.deteſtatio §.ſeru §.familiæ. l.ſeq.l.minus.l.ſeq & l.ſeq.l.quibus. §.perſequi.l. ſatiſdationis.l.adpellatione.ff. de ver.ſig. &c.

[b] l.ea tamen.ff.de leg.iii.

[c] l.alienationis.ff. de verb.ſign.

[d] d.l.ea tamen.

[e] d.§.dolum.

[f] l.capitaliū.ff.de pœnis.

Digitized by Google

& quanlibet ineptum, aut veroſimile allegaret, aut cauſſificaretur, audiendus videbatur, quo aut omnino mortem vitare, aut certe aliquãtiſper differre poſſet, nã igno ſcendum eſt ei qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemptum voluerit:[a] & mera hominis ratio audiendum hunc certis nonnunquam ex cauſſis ſuadet.[b] Si igitur ea executio quæ omnium etiam capitaliũ ſumma eſt, nullam admittit cauſſæ cognitionem, proptereaq; meri imperii ſit, multo minus reliquarum minorum etiam criminalium ſententiarum executiones cauſſæ cognitionem admittent, multoque magis imperii meri erunt, omnium vero minime ciuilium ſententiarum executiones quamcunque cauſſificationem admittent, ac proinde imperii meri maxime erunt.[c] Atque hinc adnotabimus, & verbi huius, Imperium merum, ſignificationẽ, & in ſententiarum criminalium executionibus etiã cum de amputando capite agitur, magiſtratus nullam debere cauſſæ cognitionem admittere, ſed prorſus exequi, & a fortiori inferendum, idem obſeruãdum eſſe in reliquis omnibus criminalibus executionibus, nedum in ciuilibus. Sequitur quod (videlicet imperium merum) poteſtas adpellatur. Quanuis (inquit) imperium & poteſtas eadem ſint in perſona iudicis,[d] imperium autem tã de mero quam de mixto dicatur, ſpecialiter tamẽ poteſtas merum imperium dicitur. His etiam adiiciẽda eſſent ea reſponſa in quibus meri imperii exempla contineri diximus,[e] quibus omnibus collatis, perpenſaque diligenter propria verborum vi ac ſignificatione, facile percipi poterit, quam hæc de imperio mero ſentẽtia noſtra vera, aut certe vero ſit proxima.

a l.i.ff.de bo.eo.qui ante ſent.mor.
b l.ſiquis forte.ff. de pœnis.
c arg.l.in ſeruorũ. §.ii.ff.de pœnis.
d l.poteſtatis.ff.de verb.ſignifi.
e l.iiii.§.ait prætor.ff.de re iu.l.qui reſtituere.ff.de rei ven.l.ſiquis forte.ff de pœnis.

1 Sententias etiam ciuiles exequendi poteſtatem non iure magiſtratus competere, ſed ſpecialiter lege dari.

2 Quomodo aut circa quæ cauſſæ cognitio in executionibus ſententiarum admittatur.

3 Executionem ſententiæ etiam criminalis mandari poſſe, non tamen propterea conſequens eſſe ius gladii aut cuiuſcunque coercitionis in alium transferri,& quæ ſit differẽtia inter verba iuris & facti.

4 Declaratur.l.Item eorum.§.ſi decuriones, &.§. ſeq.infra quod cuiuſcun. vniuer.no. nouo veroque ſenſu.

Caput nonum.

1 Vpereſt vt nonnullas obiectiones diluamus, quæ contra ea quæ ſuperius a nobis tradita ſunt opponi poſſunt.Primum mouebit ſcio certo plurimos,quod ſententiarum ciuiliũ executiones meri imperii eſſe aio:nam id veluti in rem iudicatam tranſierat merũ imperium ad rem criminalem tantum contra verborũ vim pertinere.Imperium merum (inquient) lege datur. [a] Id fateor,at ſententiarum ciuilium executiones iure magiſtratus competunt,ergo imperii meri non ſunt.Ego vero iure magiſtratus executiones huiuſmodi competere pernego, ſed ſpecialiter lege dari aio. Etenim quæ iure magiſtratus cõpetunt mandata iuriſdictione tranſeunt,[b] at mandata iuriſdictione ſententiæ etiã ciuilis exequendæ poteſtas non tranſit,nam delegatus ſententiam ſuam exequi non poteſt,ſed ad delegantem id referendum eſt, atque ita & reſcriptum & obſeruatum hactenus eſt, [c] nõ igitur exequendæ ſententiæ etiã ciuilis poteſtas iure magiſtratus cõpetit,quinimo ſpecialiter lege data eſt, nam quid

a l.i.§.qui mãdatã ſup.tit.ii.

b d.l.i.

c l.a diuo Pio.§. de re iudi.

quid ſpecialiter quid iure magiſtratus competere dicatur,non errorem antiquorum[a] ſed potius Alciati interpretationem ſequor.[b] Deinde obiici poterit, merũ imperium ideo merum adpellari dicimus[c] quod nullã iuriſdictionem, aut cauſſæ cognitioné admittat,at in executione ſentẽtiæ interdum cauſſæ cognitio admittitur.[d] Verum iam huic argumento reſpondimus, ſpeciales caſus eſſe proptereaque regulæ non obeſſe. Inſtabitur, etiam regulariter cauſſæ cognitio admittitur,vt ſi executor a diſtractione immobilium incipiat poteſt intercedi, ſi ſuper rebus quæ pignoris iure in executione capiuntur controuerſia moueatur,executor de ea re cognoſcere poteſt.[e] Reſpondeo id extra rem iudicatam incidens quoddam eſſe,at res iudicata amplius in dubium reuocari non poteſt, nec qui cõdemnatus eſt decem ſoluere, in executione audietur quicquid alleget, propter quod ſoluere non debere intendat.[f] Itaque quanuis in incidẽti adhiberi poſſit cauſſæ cognitio, non tamẽ ſuper principali adhibetur: quare nihilominus principale negotiũ id eſt ipſa executio rei iudicatæ (vt decem ſoluẽdorum) meri imperii dicetur, quanuis in incidenti cauſſæ adhibeatur cognitio. Nam ab acceſſoriis res denominanda non eſt,vt & inferius dicetur.[g] Sunt igitur meri imperii executiones omnes rerum iudicatarum, quod nulla in cis iuriſdictio cauſſæve cognitio inter eos,inter quos ius ſemel dictũ eſt admittatur.Poſtremo obiicietur, merum 3
imperium ſpecialiter lege datur,[h] ergo delegari nõ poteſt.[i] At executio ſententiæ delegari poteſt,[k] nõ eſt igitur meri imperii.Reſpondeo ea quæ ſpecialiter lege dantur mandata iuriſdictione non tranſeunt, nec mandari regulariter poſſunt,at ex cauſſa neceſſaria mandari ſpecialiter poſſunt.[l] Sic executiones tum ciuiles tum criminales ex cauſſa mandari poſſunt, veluti ſi magiſtratus ad quem eæ pertinẽt cum abſens ſit intereſſe non poſſit. Et

a gl.& doct.in.d.l.i.

2

b Alcia.lib.ii.parad.ca.i. vide infr. cap.xxiiii.

c ſup.cap.v.& vi.

d l.i.vbi docto.de iur.& fact. igno.C.

e d.l.a diuo pio.§. in vẽdit.§.ſi pignora.§. ſi ſuper reb.

f l.ſi vt proponis. C.de execu. rei iu. l.poſt rẽ.ff.de re iu. cum ſimilibus.

g ff.cap.x.

h l.i.§.qui mãdatam ſup.tit.ii.

i d.l.i.in prin.

k l.& ſ.ꝑtor.eo.ti. & d.l.ſi vt ꝓponis

l d.l.i.

Digitized by Google

quamuis id iam vſu receptum ſit, vt pecuniariæ ſentētiæ
executio plerunque viatori nudoque id eſt quacunq; iu
riſdictione carēti miniſtro committatur(quod in crimi-
nalibus nunquam fieri audiui)id tamen cōtra ius intro-
ductum eſt: nam iure cautum eſt vnumquéque iudicem
qui imperium habet,nō ſolum ſuam verum etiam iudi-
cis a ſe dati ſententiam ipſum exequi debere. [a] Atque in
huiuſmodi executionibus adparitores, meri executores
vulgariter adpellantur,eadem ratione qua imperiū me-
rum adpellamus, quod nullam omnino iuriſdictionem
interponere poſſit,non ſolum ſuper principali ac re iu-
dicata,nam id ne ei quidem qui ius ſententiamque dixit
liberum eſt, [b] ſed nec ſuper incidēti aut acceſſorio quo-
4 cunq;, quod ei executori qui alias iuriſdictionem habet
permiſſum eſt.[c] Inſtabitur. Si vel cuiuſpiam vnius ſentē-
tiæ executio,puta criminalis ac capitalis (quā meri im-
perii eſſe dicimus)mandari poteſt,ergo poteſt quis gla-
dii poteſtatem vel cuiuſcunque alterius coercitionis ſibi
datam in aliū tranſferre,quod perpetuo falſum eſt.[d] Sane
animaduertendum eſt latam eſſe differentiā inter verba
iuris,quæ poteſtatem in habitu ſignificant, & facti, quæ
actum deſignant,vt imperiū,iuriſdictio,gladii poteſtas,
habitus eſſe videntur,contra vero cauſſæ cognitio exer-
citio,actus.Dico igitur,iuriſdictionem in habitu mãda-
ri ab aliquibus poſſe, conſtituto videlicet delegato cui
omnium cōtrouerſiarum generaliter cognitio cōpetat:[e]
& in actu,vt cum incidit controuerſia,cauſſaq; inter ali-
quos mota eſt,eaq; exercēda iudici dato delegatur. [f] At
poteſtas gladii aut cuiuſcunque alterius coercitionis in
habitu delegari non poteſt,vt is videlicet cui hæc pote-
ſtas lege competit, poſſit quemcunq; ſententiis ſuis cri-
minalibus delegare generaliter ac præficere,poteſt tamē
in actu executio criminalis delegari, vt ſi Titius condē-
natus ſit capitalis mulctæ, ea executio quæ facienda in-

a d.l.a diuo Pio.

b l.iudex.ff. de re iud.

c d.§.ſi ſuper rebus

d l.ſolet.ſup.de of. pcon.& lega.l.ne-mo pōt.ff.de re. iu.

e l.ſolet ꝑtor.inf. eo & l.ſeq. iūcta.l. cū ꝑtōr.§.i.infr.de iud.

f d.l.ſolet,

cidit, poteſt ex cauſa abſentiæ aut ſimili delegari: atq; ita intelligendum eſt quod iureconſultus ait, [a] nemo poteſt gladii poteſtatem vel cuiuſcunque alterius coercitionis ſibi datam, in alium trãſferre. Et re vera ſi præfectus vrbi alicuius vnius ſententiæ criminalis executionem cuiquam cõmiſerit, nemo propterea dixerit eum poteſtatem gladii quam ipſe habet, in delegatum trãſtuliſſe, ſed huius executionis tantum facultatem ac licentiam mandaſſe. At cur iureconſultus nõ potius dixit nemo poteſt imperium merum ſibi datum in alium tranſferre, quam gladii poteſtatem vel cuiuſcunque alterius coercitionis? aut cur hæc ſpecialiter expreſſit? Sane quia merum imperium in ciuilibus, etiam in habitu trãſfertur iure quodam ſpeciali in legatum proconſulis, imo & mãdata iuriſdictione tranſit cum propriam iuriſdictionem habeat in ciuilibus: [b] at in criminalibus nec in eum nec in quẽcunq; iudicis delegatũ transferri in habitu poteſt, quanuis (vt iam dictũ eſt) alicuius criminis executio ex cauſſa mandari poſſit. Atque ex præcedentibus has concluſiones colligemus.

[a] d.l.nemo põt.

[b] ſ.cap.xxiii.

1 Merum imperium in criminalibus nullo modo neq; in quemcunque mandari poteſt.

2 Poteſt tamen ſententiæ alicuius criminalis poſteaq̃ lata eſt executio ſpecialiter, & ex cauſſa neceſſaria mandari, nec propterea merum imperium, aut ius gladii aut cuiuſcunq; alterius coercitionis mandatum eſſe dicetur.

3 Merum imperiũ in habitu iu ciuilibus mandari non poteſt.

4 Fallit in legato procõſulis & ſiqui ſint ſimiles de quibus inferius.[d]

[d] ſ.d.cap.xxiii.

5 Poteſt ſententiæ ciuilis poſteaquã lata eſt executio ex cauſſa mandari, nec propterea merũ imperium mandatũ intelligi poteſt. Atq; hæc omnia ita hodie in vſu ſunt

vt ea iuri conformia eſſe videmus, nuſq̃ enim exequẽdis ſentẽtiis ciuilibus aut criminalibus delegatũ generaliter quẽcunq; eſſe audiuimus, ſed eæ cũ occurrũt ſpecialiter mandari poſſunt, & ex cauſſa: vt ſi is cui earum executio iure cõpetit intereſſe non poſſit, & forte fortuna accidit, vt in his rebus natura quam diſciplina cõſultius agatur obſerueturque, nec quicquam contra aut præter ius fere obſeruatur, præterquam quod ciuilium ſententiarũ executiones adparitori (vt iam dictum eſt) cõmitti ſubinde ſolent. Ac ne quis commentitiam hanc verborum differentiam exiſtimet, cum quædã habitus alia actus eſſe dicimus, atque inde iuris diuerſitatẽ ſtatui, iureconſulti reſponſum eſt hactenus ignotum id manifeſte probãs, ait enim. [a] Si decuriones decreuerint actionem per eũ mouendam quem duumuiri elegerint, is videtur ab ordine electus &c. ſequitur. Sed ſi ita decreuerint (duũuiri nempe) vt quæcunque incidiſſet cõtrouerſia eius petẽdæ Titius negotium haberet, ipſo iure id decretum nullius eſſe momenti: ratio (inquiunt) [b] ea eſt, quia duumuiri præter formam cõmiſſionis elegerũt, vbi (quæſo) adparet præter formam eos elegiſſe? aut ſi ea eſt ratio, cur a iureconſulto alia redditur? non enim nullius momẽti decretum id eſſe ait, quia forma mãdati non ſit obſeruata, ſed quia (inquit) non poſſit videri de ea re quæ adhuc in controuerſia non eſt, decreto datam perſecutionem, id eſt, quia decretum & electio verbis actus cõceptũ eſt, quod proinde rem quæ nondum in controuerſia eſt comprehendere non potuit, [c] id eſt actio quæ nondũ mota erat tempore decreti facti non potuit eo contineri. Hic eſt verus verbiſq; congruus huius reſpõſi intellectus: itaq; ſi ita duumuiri elegiſſent decretumque cõcepiſſent, Titius vniuerſitatis noſtræ procurator, ſyndic⁹, actorve ſit, hoc decretum vtile erat, omneſque omnino cauſſæ tum præſentes tum futuræ, ac de quibus nondum erat controuerſia

5

a l.item eorũ. §. ſi decuriones. & §. ſeq ff. quod cuiuſcun. vniuer.

b gl. & doct. in d. §. ſed ſi ita.

c Vide Alcia. in l. verbũ crit. ff. de verbo. ſignifi.

continerẽtur,cum verbo iuris atque habitus nullumque tempus deſignáte, conceptum eſſet decretum,nam concipiendi decreti ſolam formam iureconſultus conſiderat:atque ideo addidit. Sed hodie hæc omnia per ſyndicos ſolent ſecundum locorum conſuetudinem explicari,id eſt creato cõſtitutoque ſyndico. Syndicus autem quemadmodum & procurator iuris verbum eſt. Itaque verbo ſyndici quemadmodum & procuratoris conceptum decretum mandatumve,continebit tam futuras q̃ præſentes controuerſias:niſi forte ſpecialiter cõceptum mandatum ſit.[a] Quorum argumento conſtat non eadẽ eſſe. Mando iuriſdictionem meam Titio,& quæcunque cauſſa aut controuerſia inciderit, Titius iudex eſto, hoc enim mandatu nihil contineretur, cum nullam cauſſam quæ in cõtrouerſia ſit deſignet, illo omnes omnino continerentur tum futuræ tum præſentes. Similiter eadem non eſſe conſtat, Titio huius ſententiæ executionẽ committo, aut imperium merum aut ius gladii illi delego. Quo fit vt mandata delegataque ſententiæ cuiuſcunque executione,non tamen dici poſſit,imperium merũ, aut ius gladii poteſtaſve cuiuſcunque coercitionis data. Atque hæc de mero imperio quod in ſentẽtiarum tam ciuilium q̃ criminalium executionibus verſatur, dicta ſufficiant.

a l. i. iſta de procu.

1 Mixtum imperium quid & quotuplex.
2 Mixtum imperium quod iuriſdictioni cohæret,in quibus conſiſtant & eius exempla.
3 Cur idem imperium exerceatur.
4 Mandata iuriſdictione idem imperium tranſire & cur tranſeat.
5 Mixtum iudicis officium dicendum eſſe quod hactenus mercennarium adappellatum eſt.
6 Imperium hoc mixtum mixto iudicis officio exerceri.

7 Cum idem imperium iuriſdictioni coherere di citur, iuriſdictionis verbum generaliter ſumi.

8 Declaratur l.i.ſ.qui mandatam in fi. &.l.fi. ſupra titu.ii.

9 Iudicem datum ante litem cõteſt. Imperio hoc vti non poſſe, quamuis is cui generaliter man data eſt iuriſdictio, poſſit, & quæ ſit differentiæ ratio.

Caput Decimum.

Ranſeamus nũc ad mixtum imperium, &
cum merum imperium id eſſe dixerimus
1 quod nulli iuriſdictioni cõiunctũ ſit, cum
nullã cauſſæ cognitionẽ admittat, conſe-
quẽs eſt ex ſubdiſiunctiuorum natura mix
tum id eſſe quod iuriſdictioni admixtũ coniunctũq; ſit,
quod plane verum eſt, hoc enim aut iuriſdictioni cohe-
rere,[a] aut ei iuriſdictio ineſſe dicitur.[b] Coniunctum au-
tẽ eſſe duobus modis intelligo, priore cum iuriſdictio-
2 nis explicandæ gratia exercetur, & id eſt quod iuriſdi-
ctioni coheret. Altero cum non explicandæ iuriſdictio-
nis, ſed addicendæ cuiuſcunq; rei gratia exercetur, pri-
uſq̃ tamen magiſtratus addicat, iuriſdictionem cauſſæq;
cognitionẽ admittit ac interponit, idq; eſt cui iuriſdi-
ctio ineſſe dicitur. De priori diſſeramus. Conſiſtit in ſo-
lis præparatoriis, incidentibus, ac interlocutionibus, nõ
omnibus, ſed his demũ quæ præciſum iuſſum aut execu
tionem (vt ſuperius declaratum eſt)[c] continent, quibus
iudex quidquam fieri iubet, quo iuriſdictionẽ ſuã expli-
care & omnino aut cõmodius ius reddere poſſit, verſa-
turq; tam in ciuilibus q̃ in criminalibus rebus. Vt ecce
iudex ſic interloquitur, Reus teſteſve perſonaliter cõpa
reant, imperat, omnino enim ſibi hic pareri vult, aut ita
interloquitur, reus præhẽdatur, in ius educatur, teſtes ca

a vt ĩ hac.l.impe.
b l.i.ſ.qui mãdatam ſup.tit.ii.
c ſupra cap.iiii.

ptis pignorib⁹,præhẽſione,in ius venire cogantur, aut
ſi veritatem corrumpere velle videantur, torqueantur,
imperat,hæc enim executionẽ cõtinent,quam omnino
fieri iubet magiſtratus. Cur autem hæc fieri iubet? vt iu-
riſdictionem ſuam exercere & ſuper mota controuerſia 3
ius reddere poſſit. In criminalibus cauſſis frequentius
hoc imperium exercetur,ſeuerius enim huiuſmodi iudi
cia ciuilibus tractari ſolent. Initio enim reus in carce-
rẽ coniici,[a] aut perſonaliter cõparere,teſtes omnino cõ
parere,in ius venire, reo exhiberi,coram eo teſtificari,
de illo quæſtio haberi ſolent,hæcq; interloquũtur iudi-
ces.Supradicta igitur omnia tam in cauſſis criminalib⁹
q̃ ciuilib⁹ imperium (vt manifeſtum eſt) cõtinent,quod
autẽ? mixtum inquam,coherẽt enim iuriſdictioni: nam
exercentur non alia ex cauſſa q̃ vt iudici tam in ciuili-
bus q̃ in criminalibus liberum ſit iuriſdictionem ſuam
explicare,& omnino aut cõmodius ius reddere.Itaque
quia imperiũ mixtũ,id eſt poteſtas ſupradicta & his ſimi 4
lia quæ huius imperii ſunt exercendi,iuriſdictioni cohe
ret, nec ſine huiuſmodi poteſtate iuriſdictio explicari fe
re poteſt,mãdata iuriſdictiõe hoc ipſo ſimul tranſit,qua
ſi iuriſdictiõis indiuiduũ, coherens, ac inſeparabile acci
dens.[b] Nã cui iuriſdictio data eſt,ei quoq; cõceſſa eſſe vi
dentur ſine quib⁹ iuriſdictio explicari nõ potuit.[c] Siue
enim princeps cuicũque iuriſdictionẽ dono det,ſiue ma
giſtratus deleget,hoc ſimul ipſo imperiũ hoc dari dele-
garive intelligitur, pro modo videlicet iuriſdictionis
quatenuſq; illi neceſſariũ eſt.[d] Coheret igitur iuriſdictio
ni imperiũ hoc,proptereaq; mãdata data vẽ iuriſdictio-
ne tranſit,ne nihil mãdatum datumve eſſe intelligatur,[e]
Etenim ſi (exẽpli gratia)reus,debitum flagitiũve nega-
uerit,actor autẽ accuſatorve teſtes producere velit, ii au
tẽ iudicio ſiſtere ſe, aut teſtificari nolint, aut teſtificantur
quidẽ ſed manifeſte falſa, veritatemq; corrumpere velle

a l.accuſationis. C. de accuſat.l.1. infra de cuſto, & ex ho. reo.

b l.fi.ſup.tit. ii.

c l.ii. ſupra eo.

d l.i. in princip.infra ſiquis dicẽ. do cto.in.d.l. ii.

e d.l.fi.

adparent, quomodo iudici liberum eſſe poterit, de con
trouerſia tum ciuili tum criminali ius dicere, niſi ei quo
q; permiſſum ſit huiuſmodi teſtes in ius educi iubere?
cogere vt teſtificentur? aut adhibita quæſtione veritatē
extorquere? Supradicta igitur exempla oia imperii mix
ti ſunt. Imperii quidē, quod iuſſum præciſum executio
nēve contineant, mixti, quod iuriſdictioni cohereāt, cū
iuriſdictionis explicādæ gratia cōcedātur exerceāturq;
Qua ratione quod hactenus plebeio, inepto, ſordidoq;
5 vocabulo iudicis officium mercennariū adpellatū eſt, [a]
mixtum dicēdum eſt, quod per ſe non ſtet, ſed actionis
accuſatiōisve explicandæ cauſſa exerceatur, ad differen
tiam meri officii quod nominatim in iure, [b] id dicitur,
quod doctores noſtri nobile adpellarūt, ſunt enim ſub-
diſiunctiua merum & mixtum. Paulo aptius zaſius [c] me
rum adpellat abſolutū, mixtū vero ſubſeruiens. Sed quo
niā illud nominatim in iure merum adpellatur, vocabu
lo rei cōuenietiſſimo (vt & Alciatus docet) [d] hoc ex ſub-
diſiunctiuorum natura mixtum adpellandum eſt. Porro
6 manifeſtū eſt, imperium hoc mixtum mixto iudicis offi
cio explicari, omnino enim per ſe non ſtat ſed iuriſdi-
ctioni coheret, ſubſeruitq; actioni aut accuſationi quem
admodum merum imperium mero iudicis officio exer
ceri ſuperius relatum eſt. [e] Quid ergo ſi cum bonorum
poſſ. peto, quod im perii eſt mixti non hui⁹, ſed cui iuriſ
7 dictio ineſt, aut in executione ſententiæ cuiuſcūq;, quæ
imperii meri eſt, magiſtrat⁹ iſtius generis quædā interlo
quatur? vt iubeo reum aut cōdemnatum perſonaliter cō
parere, aut ſimilia quæ accidere poſſunt, cuius imperii
erunt? an huius? nam iuriſdictioni cohere in his nego
tiis non videntur, ſed imperio mixto aut mero. Sane hu
ius imperii ſunt. Nam verbum iuriſdictionis hic gene
raliter ſumo, tam pro imperio quocunq;, quam iuriſdi
ctione ſpecialiter ſumpta, vt iam dictum eſt. [f] Huiuſmo
di igitur

a docto. in.l.i. ſupra.co.

b in princ. de diuiſi.ſtipul.inſt.& l. v.de verb. obliga.

c Zaſius in paratitl.huius tit.

d Alcia.in.l.creditores infra de verbo. ſignific.

e ſupra. cap. xvi.

f ſupra. cap. ii.

di igitur interlocutiões, reus cõtra quem bono. poſſeſſio petitur, condemnatus perſonaliter cõpareat, educatur. &c. exercendæ iuriſdictionis gratia fiunt, cũ imperii cuiuſcunque, aut iuriſdictiõis proprie ſpecialiterque ſumptæ (in qua actio vel accuſatio vertitur)[a] explicandæ gratia fiant. Tota tamen executio meri imperii erit nihilomin⁹, tota bonorum poſſeſſionisdatio mixti imperii cui iuriſdictio ineſt, tota ſuper actionis accuſationiſve controuerſia, iuriſdictionis ſpecialiter, quãuis in omnib⁹his mixtum imperium de quo agimus exerceatur, inſpicimus enim totum negotium, & quid in eo principale ſit, nõ quod eius gratia fiat, & a principali res tota denominanda eſt, eique cedit acceſſorium.[b] Quoniã aũt nõ oẽs interlocutiones imperium cõtinẽt, repetenda ſunt quæ ſuperius edicta adpellari diximus,[c] ad finia enim ſunt huic imperio, & conferenda cum his quæ huius imperii exempla adduximus, ita totum imperium hoc mixtum 8
innoteſcet. De eo iure conſultus in duobus reſpõſis loquitur, quibus idem fere cauetur: prius eſt,[d] vt mandata iuriſdictione imperium quod iuriſdictioni coheret trãſeat, eſt enim imperium hoc mixtum. Alterũ eſt quo ſtatuitur mandata iuriſdictione priuato, etiam imperium quod non eſt merum mandari.[e] id eſt mixtum, nam omne imperium aut merum aut mixtum eſſe oportet, quæ autẽ ratio? quia iuriſdictio ſine modica coercitione nulla, id eſt nullius momenti aut effectus eſt, non quod omne imperium hoc nihil aliud ſit quam coercitio, nã hæc interlocutio, reus teſteſve perſonaliter compareant, imperium continet, nullam tamen coercitionem continet. Denique quod ſi imperio quod coercitionem non continet, vt ſupradicto, reus teſteſve perſonaliter compareant, paritum non ſit, iudex deinde coercet interloquens. Præhendantur, educantur, captis pignoribus in ius venire cogantur, quæ coercitionem continent, ſũtq;

a infra cap. xvi.

b argu. l. cũ qui. l. rerum mixtura infra de vſucap. l. cogitur ſup. de ſtat. homi.

c ſup. cap. iiii.

d l. 1. §. qui mãdatam ſup. tit. ii.

e l. fi. ſup. eo. titu.

huius imperii, atque his coercitionibus efficitur, vt prio ri iuſſui, nempe reus teſteſve perſonaliter compareāt, & omnino ius dicenti obtemperetur, cui vix alias obtemperatum eſſet, propterea que dixit iureconſultus, quia iu riſdictio ſine modica coercitione nulla eſt. Igitur mandata datave iuriſdictióe imperium hoc mixtum ipſo iu re tranſit, tanq̄ iuriſdictionis cui coheret acceſſorium, perinde quaſi legatis lancib⁹ vel fialis aureis argēteiſve, incluſæ gemmæ legato cedunt.[a] Id quod tamen ita tem perandum eſt, vt iudex datus poſt litis demū conteſtationem imperio hoc mixto vti, non ante poſſit, etiamſi

9 a principe datus ſit, [b]quamuis is cui iuriſdictio manda ta eſt generaliter, etiam ante litē conteſtatam poſſit. Nā ante quācūque motam controuerſiam is cui iuriſdictio mandata eſt, iuriſdictionē in habitu habet, propterea q; & hoc imperium cum ſit acceſſorium.[c] At iudex datus ſiue is cui certa cauſſæ ſpecies delegata eſt, nullam in ha bitu iuriſdictionem habet, nec iudex niſi lite demū conteſtata eſſe vllo modo incipit,[d] quare nec hoc imperiū niſi lite conteſtata vſurpare poterit: huc pertinēt quæ ſu periori capite diſputata ſunt.[e] Quid igitur mixtum imperium quod iuriſdictioni coheret ſit, quemadmodum & cur mandata iuriſdictione tranſeat, ſatis dictum eſt.

a l. & ſi non ſunt §. peruieniamus in fra de auro & argē. leg.

b §. ſi vero etiam quidem in autent. de exhi. reis col. v.

c d. §. qui mādatā & d. l. ſi. ſup. tit. ii.

d gl. & doct. in. l. i. C. de iudic.

e ſup. ca prox. numero. v.

1 Imperium mixtum cui iuriſdictio ineſt, quid.

2 Magnam eſſe diuerſitatem in reddendo iure ſuper actionibus accuſationibuſve, & ſuper his quæ huius imperii ſunt.

3 Bartolum cæteroſque in. l. cognitio. §. vt ab his bonorū poſſ. ſupra tit. ii. errare, qui dicunt ea q̄ hui⁹ imperii ſūt ita mādari poſſe, vt iudex dāda ea pronūtiet, nō vt re ipſa dare poſſit.

Digitized by Google

4 Diuerſitas quæ in reddendo iure ſuper actionibus accuſationibuſve, & his quæ huius imperii ſunt exẽplis probatur.

5 Super actionibus accuſationibuſve neceſſariam eſſe cõdemnationis vel abſolutionis ſententiam, ea autem quæ huius imperii ſunt, non huiuſmodi ſententia ſed pronuntiato imperium continente finiri, & quæ ſit diuerſitatis ratio.

Caput Vndecimum.

Ltero modo imperium iuriſdictioni coniunctum eſſe diximus,[a] proptereaq; mixtum adpellari, cum videlicet ei iuriſdictio ineſt, id eſt cauſſæ cognitio deciſioque. Eſt autem imperium hoc mixtum quod non explicandæ iuriſdictionis (ſicut præcedens) ſed addicendæ potius rei gratia exercetur, priuſquam autem res addicatur cauſſæ cognitionem iudex interponit. Huius autem imperii ſunt perſecutiones omnes, id eſt meri officii iudicis implorationes, vt ecce, Titii domus ædibus meis ruinam minatur, peto aduerſus eum damni infecti nomine mihi caueri, non id peto explicandæ iuriſdictionis gratia (vt exiſtimat Longouallius).[b] ſicuti cum peto vt reus perſonaliter cõparere aut in ius educi iubeatur, aut his ſimilia ſuperiori capite declarata, ſed quo mihi aduerſus damnum nondum quidem factum, ſed imminẽs tamẽ cautum ſit, vtque iudex cautionem damni infecti mihi addicat, reumque cauere hoc nomine iubeat. Iudex autem id per libellum non expedit, nec ad nudam petitionem meam reum 1

a ſup.ca.prox. in prin.

b Lõgoual. in. iii. parte rep. huius. L. imperium.

ſtatim cauere iubet, ſed præcedenti cauſſæ cognitione, an iuſtus nec vanus ruinæ metus ſubſit, qualis ſi adpareat, iudex nulla præcedente expreſſa ſeorſum condemnationis ſententia, ſtatim iubet damni infecti Titium cauere, his hodie verbis. Ordinamus vel mandatum facimus, quod Titius damni infecti intra octo dies cauebit & cætera. Præterito præſtituto tempore ſi cautum non eſſe iudici conſtiterit, iubet actorem in poſſeſsionem domus ruinoſæ mitti. Igitur vtrūque pronuntiatum & vt caueatur, & (quia cautum non eſt) vt miſſio fiat, imperium continet: illud enim præciſum iuſſum (vt ſuperi⁹)[a] hoc executionem continet. Quod autem imperium cō tinet? mixtum cui iuriſdictio, id eſt cauſſæ cognitio controuerſiæq; deciſio ineſt, nā priuſquam iudex quidquā pronuntiet ac iubeat, cauſſæ cognitionem interponit, tum denique imperat iubetque, pote damni infecti nomine Caio Titium cauere iubeo. At (inquies) Cum centum a Titio ex ſtipulatu forte petii, deinde in eum condemnatum ſit executio, ſequitur ex ſuperius dictis vniuerſum hoc negotium mixti eſſe huius imperii. Imperii quidem, nam omnis rei iudicatæ executio imperium cō tinet. Ait enim prætor, condemnatus vt pecuniam ſoluat, vt & iam diximus,[b] mixti vero quia priuſquam iudex condemnatum ſoluere iubeat, cauſſæ cognitionem deciſionemque interponit: neque enim non præcedente cauſſæ cognitione ac condemnatione præpoſtere magiſtratus exequitur.[c] Sane ex hui⁹ obiectiōis diſſolutione, magnam vniuerſus iuriſdictionis & imperii tractatus lucem accipiet. Reſpondeo itaque. In omnibus accuſationib⁹ & actionibus priuſq̄ magiſtratus in totum ius reddidiſſe & iuriſdictionem ſuam ad effectum perduxiſſe dicatur, hic ordo circuituſque obſeruatur, vt primum res controuerſa lata ſeorſum damnationis vel abſolutiōnis ſententia decidatur,[d] id iuriſdictioni attribuo, tum res

[a] ſuſ. cap. iiii.

[b] ſuſ. ca. v. & vi.

[c] l. i. de execut. rei iudic. C.

[d] l. i. de execut. rei iudici. C.

iudicata magiſtratu iterum intercedēte executioni mittitur,[a] vbi merum imperium verſari aio. Itaque hic duo negotia (vt ſuperius dixi)[b] verſantur, nec vnico actu tota res perficitur, quinimo duobus ſeorſum ac ſucceſſiue, iiſque diſparatis. At in omnibus perſecutionibus & quæ naturam perſecutionum habent (de quibus inferius) hoc eſt, in his omnibus quæ huius imperii ſunt, nō hic ordo circuituſve obſeruatur, ſed extraordinem ius dicitur, nō enim primum ac ſeorſum cauſſa controuerſiaque deciditur lata condēnationis abſolutioniſve ſententia, vt deinde intercedente iterum magiſtratu iuris executio fiat, quinimo vtrunque vnico eodēque actu abſoluitur, pronnntiato videlicet eodem & cauſſam decidente, & iuris executionem continente. Verbi gratia cum peto bonorum poſſ. contra tabulas, probare habeo me ex numero liberorum teſtatoris fuiſſe, nominatim nec inſtitutū nec exheredatum.[c] Probatis cauſſis iudex non ita ius dicere ſolet, vt primum reum condemnet, deinde vt is etiā magiſtratus executionem peragat poſtea, iubens mihi bonorum poſſeſſionem re ipſa dari, vt cum centū petii aduerſus cōdemnatum fieri ſolet, ſed probatis cauſſis nullaque ſententia ſeorſum deciſis, initio ac mox mihi bono poſſeſſionem decernit, addicit, datque his hodie verbis. Viſis actis &c. Ordinamus quod Titius bonorū poſſeſſionem accipiet. Quod quidem pronūtiatum & controuerſiæ deciſionem planeque iudicationē cōtinet, ſimulque iuris executionem. Quaſi vero ita conceptum ſit, dico Titium bonorum poſſeſſionem accipere debere, & iubeo eum eam accipere. Cuius quidem pronūtiati pars prior ſimplicem ſententiæ ac iuris dictionem ſiue ſolam nudamque iudicationem contineret: altera ſentētiæ latæ executionē ac imperium.[d] Itaque in danda bonorum poſſeſſione imperium mixtum cui iuriſdictio, id eſt ipſa iudicatio ineſt, cōſiſtit: cum vno eodemque pro-

a l.ii. §. deinde cū eſſet. ſuſ. de origi. iur. l. a diuo Pio. ſ. de re iud. l. ordo. C. de execu. rei iud.
b ſuſ. cap. vi.

c l. i. ſ. de bo. poſſ. contra tab.

d Vide. ſ. cap. xvi

nuntiato & rei controuerſæ deciſio ſiue iudicatio nempe dādam eſſe bonorum poſſeſſionem,& imperiū, præceptum videlicet vt detur,& omnino iuris executio cōtinetur. Adeo vt nulla amplius alia quam facti ſuperſit, vt forte adparitoris opera Titius in bonorum poſſeſſionem realem(vt dici ſolet) deducatur.Nō ſic ſuper actionibus accuſationibuſve ius redditur.Nam primum magiſtratus ſuper re controuerſa ius ſimpliciter dicit,cauſſamque iudicat.Condemno Titium vt ſoluat,faciat,reſtituat &c. vt capite mulctetur, deportetur &c. Deinde rei iudicatæ intercedēte iterum magiſtratu fit executio.[a] Cētum quorum damnatus es Caio ſoluas,reſtituas, iubeo &c. Lictor colliga manus capite mulcta &c. Quare in accuſationibus actionibuſque magiſtratus primū ſtatuit ac iudicat, deinde imperat iudicatū fieri,in hoc autem mixto imperio, ſtatuēſq; iudicanſq; ſimul imperat: in illis iuriſdictio primum,deinde iuris executio,in hoc ipſi executioni ineſt iuriſdictio:in illis do,dico,prætoria verba primum,deinde addico, [b] in hoc illa ipſa,ſimulq; addico verſantur: in illis rem addicendam dandáve eſſe iudicat primum magiſtratus, deinde eandē iure dat atque addicit:in hoc rem dandam addiciēdamque eſſe iudicat,ſimulque in iure dat,atque addicit:in illis cōdemnatio primum, deinde addictio, in hoc ipſi addictioni ineſt condemnatio: in illis rei cōtrouerſæ primum ſeparata eſt deciſio,deinde imperiū,iuſſus,ac poteſtas,in hoc ipſi imperio ac iuſſui ineſt rei controuerſæ deciſio:in illis prius pronūtiatum iuriſdictionem complectitur, deinde alterum continet imperium,in hoc primum atque vnicum pronuntiatum & iuriſdictionem & imperiū ſimul continet. Hoc eſt (inquam) quod iureconſultus ait imperio iuriſdictionem ineſſe,[c] & quod idem ait,cognoſcentē decernere.[d] Eſt enim decernere cedere atque addicere, imperii autem mixti huius pronuntiata decreta

a l.i.C.de execut. rei iudi.l. ſi cauſſa cognita.C.de trāſa

b ſup.cap.vi.

c In hac.l.imperiū

d l.i.ſup.de offic. præto.

Digitized by Google

vocantur,[a] pote quibus magiſtratus non ſolum ſimpli-
citer ac veluti verbo tenus iudicat, ſed etiam cedit atque
addicit, cũ ea quibus actiones accuſationeſque deciduntur,
ſententiæ ac iudicationes tantum adpellẽtur, quibus
videlicet iudex quid ſentiat ſimpliciter ac verbo tenus
dicat atque iudicet, nõ etiam quicquam addicat aut im-
peret. Atque illud animaduertere licet, vbicunque de rei
iudicatæ executione agitur,[b] nuſquam de his quæ huius
imperii ſunt mentionem fieri, ſed de his tantum quæ in
actionibus aut accuſationibus conſiſtunt: illa enim quã-
tum in iuris ac ius dicentis executione eſſe poteſt, ſimul
atque deciſa ſunt executioni mandata ſunt. Vt intelligas 3
Bartolum cæteroſque grauiter errare cum bonorũ poſ-
ſeſsionis dationem, & quæ huius ordinis ſunt mandari
poſſe cenſent,[c] ita ſcilicet, vt delegatus pronuntiet dan-
dam eſſe bonorum poſſeſſionem (quæ ſimplex iuriſdi-
ctio ſiue iudicatio eſſet) non autem vt re ipſa det. Non
enim hic ordo in his quæ hui9 imperii ſunt obſeruatur,
ſed magiſtratus decernens bonorum poſſeſſionem hoc
ipſo addixit deditque, nec vlla amplius alia iuris iuſve
dicentis executio eſt, ſed facti tantum, quæ adparitoris
eſſe poteſt. Nõ magis quam poſteaquam magiſtratus in
executione ſententiæ iubet condemnatum pecuniã ſol-
uere, aut pignora capi, diſtrahi, aut rem reſtituere, aut in
condemnatum criminis animaduerti, ita forte, centum
quorũ damnatus es Titio ſoluas iubeo, dãnati Caii mo
bilia capiantur vendantur &c. Ilictor condemnati colli-
ga manus ad ſupplicium deducito, caput amputato &c.
Hæc enim re viq; ipſa adparitores lictoreſve faciunt,
nec magiſtratus ſolent re ipſa quicquam exequi, quin-
imo verbo, præcepto, iuſſu, imperioque ſuo. Verbi igi-
tur gratia, prætor ita pronuntiauit. Caius in bonorum
Titii poſſeſſionem, fideicommiſſi ſeruandi cauſſa mitta-
tur, nulla amplius iuris executio aut ius dicẽtis ſupereſt,

[a] ſ. cap. xvii.

[b] toto tit. de exe. rei iud. C. & de re iudic. ſ.

[c] gl. & doct. in. l. cognitio. §. vt ab his bonorũ. ſup. ti. ii.

ſed facti tãtum, vt videlicet Caius adparitoris opera in
poſſeſſioné deducatur, eaque eſt ordinaria executio hu-
iuſmodi decretorum omnium. Quid ergo ſi Titius miſ-
ſum in bonorum ſuorum poſſeſſionem nó admittat? Et
ait iureconſultus [a] Caium vti poſse interdicto ne vis fiat
ei qui in poſſeſsioné miſſus es, ſed melius eſſe vt præto-
res iure ſuæ poteſtatis exequãtur decretum ſuum, etiam
nonnunquam per manum militaré, & vt omnino Caius
poteſtate eius qui ius dixit in poſſeſſioné inducatur. Hoc
eſt, hoc caſu prætores mero veluti imperio & eadé vi ac
poteſtate qua res iudicatas eos exequi ſuperi⁹ diximus,[b]
decretum ſuum tueantur, vt omnino condemnatus de-
creto morem gerere cogatur: propterea que huiuſmodi
executionem iurecóſultus bis eodem loco extraordina-
riam adpellat.[c] Neque enim poſt decretum ſuum ſuper
his omnibus quæ huius imperii ſunt in iure interpoſitũ,
ſolent magiſtratus etiam reali (quam vocant) executio-
ni intereſſe, ſicuti ſolent, eoſque intereſſe oportet rerum
iudicatarum tum ciuilium tum criminalium executio-
4 nibus.[d] Enimuero qualis in reddendo iure ſuper actio-
nibus accuſationibuſq; & his quæ huius imperii ſunt dif
ferentia ſit, ex ſequentibus analogiis & probari & intel-
ligi poterit. Cũ filius ſuus hæres inſtitutus eſt, pater non
ſolum inſtituit vt is poſtea hereditatem poſſit adire, ve-
rum etiam hereditatem illi dat, addicit, decernitq;, pla-
neque inſtituens addicit, quã proinde etiam nó aditam
tranſfert.[e] Erit hoc imperio huic ſimile. At cũ extraneus
inſtitutus eſt, teſtator non addicit hereditatem, nihilque
amplius quam inſtituit, ius illi adeundæ hereditatis con
ferens, propterea que non aditã non tranſfert.[f] Erit hoc
vbi duplex actus exigitur, iuri ſuper actióibus accuſa-
tio nibuſve reddendo ſimile. Cum teſtator ſeruo liberta-
tem directo legat ita, Stichus liber eſto, non ſolum legat
ſed legando ipſe iure dat addicitq; libertatem, propter-
caque

a l.ſiquis miſſus ❡ ne vis fiat ei qui in poſſ.

b ſup. cap. vi.

c d. l. ſiquis miſſus

d l. ii. §. deinde cũ eſſet. ſup. de origi. iur. l. a diuo Pio ❡. de re iud. l. ordo. C de exe. rei iud.

e Bar & Iaſ. in. l. i ❡ de vulg. & pupil. ſubſti. Iaſ. i. l. is qui putat ❡ de acq. he. l. vnica §. in nouiſſimo. C. de cad. tol.

f d. l. vnica §. i nouiſſimo. C. de cad. toll.

Digitized by Google

eaq; teſtatoris libertus nō heredis eſſe intelligitur.[a] Erit hoc huic imperio ſimile. At cum fideicommiſſaria tantum libertas datur ita, heredis mei fidei committo vt Stichum manumittat, legatur tantum libertas, non etiā legando addicitur, eaq; ab herede præſtāda eſt, cuius proinde non teſtatoris libertus eſſe cēſetur,[b] erit hoc cæteris ſimile. In commerciis, cum mutuum aut commodatum inimus, conſenſu nihil agitur ante rei traditionem, ſed conſenſus & rei traditio ſimul eos contractus perficiunt, planeque oportet cōſentientem tradere:[c] erit hoc mixto huic imperio ſimile. At cum emptio venditioque initur, primum conſenſus cōtractum perficit,[d] ita vt inde actio iam naſcatur,[e] deinde rei traditio ſequitur,[f] id cæteris ſimile erit. Nō mirum igitur cum in teſtamentis commerciiſque nonnulla ſint quæ vnico actu in totum perficiantur, alia vero duplicem deſiderēt, ſi in iure reddendo idem obſeruetur. Atque illud animaduerte obſecro, quam in his rebus natura quam diſciplina in vſu forenſi prudentiores ſimus. Nā vbi quæcunque actio proponitur ſic ſolent etiam procuratores libellum cōcipere. Concludit actor vt reus dare aut ſoluere primū condemnetur, deinde vt quacunque via legitimoque modo dare, ſoluere, cogatur. At vbi merum iudicis officiū imploratur, ita ſemel cōcludunt, vt reus damni infecti nomine cauere, vt de poſſeſſione decedere cogatur, & ita de cæteris quæ huius imperii ſunt. At (inquies) iudex vi- 5
tādi huius circuitus gratia, propoſita actione accuſationeve, ita ius initio reddet. Viſis actis &c. iubeo Titiū decem Caio ſoluere. Sane non eſt iudici liberū ita ius reddere, eaque ſententia ipſo iure nulla[g] eſſet, ſed de his inferius.[h] Interim illud quærendum eſt. Cur propoſita actione accuſationeve magiſtratus primum neceſſe habet cōdemnationis aut abſolutionis ſententiam ferre, deinde exequendo imperare, in mixto autem imperio initio

a §. qui aūt. Inſt. de ſingul. reb. per fideicom.

b d. §. qui autem.

c l. i. §. mutui. §. is quoque. ff. de act. & obl. l. cūcta. l. i. §. conuētiōis. verti. adeo. ff. de pact.

d l. conſenſu. ff de act. & oblig.

e l. iuris gentiū. ff. de pactis.

f l. ex empto. ff. de act. emp.

g l. pſes. C. de ſent. & interlocut.

h ff. xvii. cap.

Digitized by Google

imperare ac decernere permiſſum ſit? Ea ratio reddi poteſt, quia vniuerſum hoc mixtum imperium ex mero iudicis officio pendet, nec in iure partium fundamentum capit, proptereaque cognoſcendo imperare, poteſtatiſque ſuæ iure quaſi in re propria vti permiſſum eſt ei.[a] At propoſita actione vel accuſatione, ius controuerſiæ in partium perſonis fundatum eſt, quaſique eligitur iudex, iuris partium controuerſiæque arbiter ac cognitor. Itaque partium iura audire, decidere, remque cõtrouerſam ſententia ſua componere atque finire, quid ſentiat iudicando, nõ autem in iure partium quaſi in aliena poſſeſſione arbitrio, authoritate imperioque ſuo vtendo.[b] At in latæ ſententiæ executione, cum tota ex mero eius officio authoritateque pendeat,[c] poteſtatis ſuæ iure imperioque mero vti permittetur. Ex his cõſtat quam lata ſit differentia in reddendo iure ſuper actionibus & accuſationibus, & his quæ huius imperii ſunt, de quibus amplius dicamus.

a Arg.l.in actionibus.ſ.de in litẽ iu.

b Arg.l.ii.ſuꝑ.de his qui ſunt ſui vel alie.

c ſuꝑ.cap.vi.in fi.

1 Imperii huius mixti exempla, omneſque bonorum poſſeſſiones huius imperii eſſe, ea demũ excepta quæ gratia litis ordinandæ conceditur, eamque imperii mixti quod iuriſdictioni coheret eſſe.

2 Quo imperio pater authoritatem filio præſtare cogitur.

3 Quo imperio fit miſſio in poſſeſſionem bonorum latitantis.

4 Sententias omnes (quas vocant) prouiſionales huius imperii eſſe, & contra ius ciuile introductas.

Caput duodecimum.

QVoniam igitur huius imperii eſſe perſecu- 1
tiões omnes ſiue meri officii iudicis, quod actionis loco datur, implorationes diximus, nonnulla amplius exẽpla referamus. Bonorum poſſeſſiones ſecundum tabulas, contra tabulas, aut ab inteſtato, ex his capitibus vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor, priuſquam decernantur, cauſſæ cognitionem requirunt,[a] nec eam quidem ſummariam (inquit Accurſius) quia ius tribuunt. Similiter bonorũ poſſeſſiones quæ ventri, & quæ ex Carboniano edicto competunt præcedentem cauſſæ cognitionem requirunt, quãuis ſummariã,[b] quia (inquit Accurſius)[c] nullum ius tribuunt, cauſſis cognitis probatiſque, a prætore decernũtur, ita forte, Iubeo Titium bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas &c. accipere. Eſt & tertia bonorum poſſ. quæ ius non tribuit, ſitque ordinandæ litis gratia,[d] hæc ſimiliter imperii mixti eſt, non tamen huius, quinimo eius de quo ſuperius dictum eſt, quod iuriſdictioni coheret: datur enim ei qui iure ciuili incognitus eſt, vt inofficioſi querelam proponere poſſit, quam alioqui non poterat: [e] hæc igitur bonorum poſſ. iuriſdictionis exercendæ explicãdæque gratia conceditur, ſuperiores autem non explicãdæ iuriſdictionis gratia dantur, quinimo in eis cauſſæ cognitio admittitur ſiue iuriſdictio, quo dari decernique poſſint, hæc iuriſdictioni coheret, illis iuriſdictio ineſt. Quid dicemus? pa- 2
ter filio ſuo authoritatem præſtare interim cogitur,[f] quo imperio id fit? mixto ſane ſemper. Sed hoc conſiderandum eſt, vt ſi pater author eſſe filio ſuo iubeatur, hereditatem forte adeunti aut quidpiam aliud gerenti, ad hoc imperium pertineat. Si vero agenti aut conuento authoritatem præſtare iubetur, ad mixtũ imperium quod iu-

a De bono poſſ. inſt. in pri. & §. ſũt aũt. toto tit. de bo. poſſ. ſec. tab. & de bo poſſ. cõtra ta. ff.

b tota. l. i. maxime vero in §. ſi ea quæ in poſſ. ff. de vẽ. in a ſpi. l. iii. §. cauſſæ cõgnitio. ff. de carbo. edicto.

c gl. l. cognitio. ſup tit. ii. l. in §. dies. ff. qs ordo. i bo. poſſ.

d l. Papinianus. §. i. ff. de inoff. teſt.

e gl. in d. §. i.

f l. cũ non ſolũ. C. de bo. quæ libe.

riſdictioni cohæret pertinet, id enim fit exercendæ vtiliterque explicandæ iuriſdictionis gratia, quæ alioqui nullius eſſet momenti.[a] Rurſum cum iuſſu iudicis bona latitantis poſſideri iubentur, non deſunt quidem iique non vulgaris eruditionis,& iudicii acerrimi viri, quibus cum hoc paucis (vt fit) inter deambulandum communicarem, cenſerent imperii quod iuriſdictioni cohæret eſſe, moti quod is qui miſſionem paſſus eſt, ſi iudicio poſtea ſiſtat ſe, bonorum ſuorum poſſeſſionem recuperat.[b] Ego vero huius imperii eſſe cenſeo, quanuis enim miſſio huiuſmodi fiat aduerſus eum qui latitat, nec iudicio ſiſtit, non tamen explicandæ iuriſdictionis gratia, ſed ſeruandæ rei potius (inquit iureconſultus)[c] fit, quare huius erit imperii. Idem dicemus de miſſionibus legatorum ſeruandorum cauſſa, & ventris nomine factis. Addo in integrum reſtitutiones, decretorum interpoſitiones, omnes denique perſecutiones, merique iudicis officii loco actionis implorationes, omnia enim ſupradicta cauſſæ cognitionem requirunt, cũ cauſa cognita decernantur.[d] Addo emancipationes adoptiones omnes manumiſſioneſque huius imperii eſſe,[e] quanuis non contentioſi ſed voluntarii plerunque, neque enim dubium eſt imperium quemadmodum & iuriſdictionem in contentioſum & voluntarium diuidi poſſe.[f] Et quoniam mixtum hoc imperium, tam late patet quam merum iudicis officium, quid dicendum eſt de ea bonorum poſſeſſione, quæ integro teſtamento ſemel viſo, ſcripto heredi decernitur?[g] Imperii huius eſſe putem. Cuius exemplo quas hodie garniſiones prouiſioneſque adpellamus, omnes huius imperii ſunt: vt cum ex generali huius regni conſuetudine ex inſtrumento autentico ſiue (vt dicunt) garengiato, habenteque proinde in promptu executionem,[h] aut ex priuato chirographo coram iudice agnito garniſionem (vt cottidie fit) petimus.

a d.l.cũ nõ ſolum

b l.ſi pecuniæ.§. vt in poſſ.legato.

c l.i §.qb.ex cau. in poſſ.

d l. ne quicq̃.§. vbi decretũ.ſup̃.de off.proconſ.

e l.11.ſup̃.de ado. & emancip.

f l.ii.ſup̃.de off. proconſ.

g l.fi.C.de ed.diui Adri.toll.

h Moder.in d.l.fi.

Digitized by Google

Vt ecce, Peto a Titio centum ex mutuo, exhibeo aut inſtrumentum autéticum aut chirographum eius, agnoſcit is quidem, verum excipit, aut nó numerata eſſe aut ſoluta, aut pactum de non petendo factum, aut quidpiã ſimile quod in promptu probare nó poteſt, proptereaq; peto vt interim (quia præſumptio eſt debita eſſe) ea ipſa numeret: iudex ita interloqui vulgariter ſolet, Ordinamus quod interim Titius centum inſtrumento chirographove contenta numerabit', data ſibi ab actore cautione de reſtituendis illis, ſi cauſſa terminata paruerit indebita fuiſſe: hæc (inquam) prouiſio huius imperii eſt, exemplo ſupradictæ bonorum poſſeſſionis,[a] & earum quæ ventri & ex Carboniano edicto decernuntur: nã re verá nil niſi prouiſiones ac vindiciæ quædam ſunt. At (inquies) imperium hoc mixtum mero iudicis officio exercetur, in ſupraſcriptis vero exemplis certi condictio ex mutuo competit, non igitur mixti imperii ſunt. Reſpondeo, ea actio competit vt debitor dandorum cétum ac perſoluendorum condemnetur, excuſſo videlicet perpéſoque pleno iudicio:[b] at vt reus dum exceptiones ſuas probabit interim numeret, nullã actioné competere inde conſtat, quod pendente huiuſmodi iudicio iure ciuili prohibita eſt pecuniæ ſequeſtratio,[c] quanto igitur magis illa àddictio quæ actori cótra reũ ad litigãdum arma, ac veluti totius litis neruũ ſuggerit? Itaque huiuſmodi prouiſióes omnes cótra ius introductæ ſunt,[d] proindeque reſtringendæ, nec niſi caſibus iure ciuili aut principalibus ſanctionib⁹ ſpecialiter cautis[f] addicédæ.

a d.l.ſi.

b Iaſon in.d.l.ſi.

c l.i.C.de prohib. pecu.ſequeſt.

d Iaſ.in.d.l.ſi.

f l.quod vero cótra ſnora de legib.

1 Interdicta huius imperii mixti eſſe.

2 Olim pro interdictis nullam competiiſſe actionem, ſed in mero iudicis officio conſtabant.

3 De fideicommiſſis idem quod de interdictis.

4 Officium iudicis quod actionis quāuis non deficientis loco imploratur, vt in titu. de variis & extraord.cognit. ad hoc īperiū pertinere.

5 Tutoris dationem nullius neque imperii neq; iuriſdictionis eſſe.

6 An quæ huius imperii ſunt mandari poſſint.

7 Quæ prætoriæ quæ iudiciales, quæ cōmunes ſtipulationes dicātur, declarataque.l.v.in princip.de verbo,obliga.infra & titu.de diuiſi. ſtipul.inſt.

Caput Decimumtertium.

DE interdictisvidendū eſt. Et quidē cū ita reddi ſoleant vulgariter (neque enim antiquorum pronuntiatorum formas habemus proindeque vulgaribus vtimur) Ordinamus quod interim Titius poſſidebit, vnde interdicta rectius, quam quod Iuſtinianus,[a] inter duos dicta ſint adpellari Alciato[b] conſentio, quod pendente videlicet controuerſia principali, interim iudex dicat alterum poſſidere debere, vnde & interloqui in his dicitur,[c] conſtat imperium continere. Id quod & iurecōſultus docet,[d] quod autem ſane hoc mixtum cui iuriſdictio ineſt. Sunt igitur ſummariæ illæ vindiciæ (quā recredentiam cum de ſacerdotiis agitur, adpellamus) & plenæ integræque vindiciæ, (quod plenum poſſeſſoriū dicitur) huius imperii. In quibus priores ſummariaſque illas vindicias cōtra ius introductas eſſe ſciēdum eſt, nullo enim iure probatur poſſeſſorii iudicii duplex caput eſſe. At (inquies) imperium hoc mixtum in

a §. ſunt tamē inſti.de interd.
b Alcia.in.l.pecuniæ §.actionis ſ.de verb. oblig.
c l. poſt ſententiā C.de ſent.& interlo.
d l.fi.ſ. neq.in loco publ.

Digitized by Google

mero iudicis officio conſtat,at ex interdictis actio naſci
tur,[a] non ſunt igitur mixti imperii. Sciendum eſt, olim
quidem nullam pro interdictis actionem iure proditam 2
fuiſſe,ſed pro his omnibus generalem in factum actio-
nem poſtea introductam fuiſſe, id quod Iuſtinianus do-
cet,cum ait,[b] interdicta certas olim verborum formas
conceptioneſque fuiſſe, quibus prætor aut iubebat ali-
quid fieri aut fieri prohibebat(quæ verba manifeſte im-
perium deſignant)nunc autem interdictorũ loco actio-
nes exerceri. Cum itaque generalis illa in factum actio
mero iudicis officio ſucceſſerit,ſubſtitutaque ac ſubro-
gata fuerit,nõ mirum ſi mixti imperii naturã retineat,[c]
proptereaque ius dicenti permiſſum ſit ita ius ſenten-
tiamque in interdictis dicere,iubeo Titium interim poſ
ſidere:cum ſuper cæteris actionibus accuſationibuſque
ea ſententia ipſo iure nulla eſſet,ſed condemnationis ab
ſolutioniſve verbis neceſſario,[d](vt inferius docebim⁹)[e]
concipiẽda ſit. Supradicta igitur ratione dicere poſſu-
mus, fideicommiſſa omnia huius imperii eſſe, & ſuper 3
his ius ſentẽtiamque dici vt ſuper interdictis poſſe. Hæc
enim olim nullis actionibus nitebantur, cum is qui ro-
gatus aut cuius fidei commiſſum eſſet,nulla legis actio-
ne teneri poſſe videretur,propte reaque initio conſtitu-
tum eſt,vt conſules authoritatem ſuam interponerent,[f]
& ſic ad merum officium pertinebant, poſtea vero pro
his actio introducta eſt,[g] quare & meri officii naturam
retinebunt.[h] Quid autem de perſecutione illa extraor-
dinaria, id eſt officii iudicis imploratione, quæ certis
quibuſdam caſibus cõpetit,[i] quib⁹ etiam actio mero iu
re competit?vt ecce, Conſiliarios adſeſſoreſve qui ope- 4
ras ſuas ius dicenti præſtituto ſibi ſalario locant, actio
non deficit:[k] idem de liberalium artium profeſſorib⁹,[l]
& tamẽ quaſi deficiẽte actione merum iudicis officium
actionis loco implorant,quia plebeium nonnihil ſordi-

a §.fi.inſt.de interdict.
b in princi.de interdict.inſt.
c vulg.l.ſi cum §.qui iniuriarũ ẜ.ſi q.cauſ.
d l. præſes. C.de ſentent.& interlo.
e infra cap.xvii.
f §.i in princ.de fidei cõmiſ.hered, inſt.
g l.i.C.cõmunia de leg.
h d.§.qui iniuriarum,
i vt in tit.de var.& extraord.cogni.
k l.diem functo ſupra de adſeſſ.&.ẜ.locati.
l l.i §.ludi & §.ſeq.de var.& extr.infra,

Digitized by Google

dumque videtur eſſe actione contendere. Ego hui⁹ imperii eſſe exiſtimo, propterea que ſententia ſua ius dicenti permiſſum eſſe reis potius iubere vt ſatiſfaciant, quam ſimpliciter condemnare. Poſtremo de tutoris datione
5 quæritur, & ſane id in dubium reuocare nõ oportet, cũ iureconſultus neque imperii neque iuriſdictionis eſſe exprimat.[a] Nam imperium & iuriſdictio ad magiſtratum quaſi magiſtratum ac iudicem pertinẽt, at etſi interim tutorem magiſtratus det, non id quaſi iudex facit, neque enim ſoli magiſtratus, ſed & decurionum ordo, & pater nullum magiſtratum gerentes tutorem dare poſſunt, cũ cis ſpecialiter lege ea poteſtas conceſsa ſit.[b] Igitur tutoris datio ſic competit quaſi ædium ſacrarum, locorũ publicorum, & id genus adminiſtrationis cura, quæ nullius neque imperii neque iuriſdictionis eſt, ſed nudæ meræque adminiſtrationis.[c] Illud præterea quæri ſolet, an vt bonorum poſſeſſio detur, vt damni infecti, legatorũ ſeruandorum, vẽtris nomĩe caueri iubeatur, & reliqua quæ huius imperii ſunt, mandari poſſint? Et quidem varie reſponſum eſt. Antiqui[d] exiſtimant hæc omnia ita mandari poſſe, vt iudex datus pronũtiet, verbi gratia dandam eſſe bonorum poſſeſſionem, non autem vt re ipſa det, hoc eſt cognitionem non executionem realem mãdari poſſe. Idque iureconſultũ exiſtimant his verbis dicere,[e] vt bonorum poſſeſſio detur. &c. mãdari poteſt, id eſt (inquiũt) vt danda pronuntietur, verum hæc interpretatio contra vim verborum nullo modo admittenda: deinde nec magiſtratus ſolet re factoque quidquam exequi, ſed iuſſu imperio verboque ſuo tantum.[f] Alciatus autem & Longouallius Iaſonem ſecuti,[g] horũ omniũ tũ cognitionem tũ executionem indifferenter mãdari poſse aiunt, ſed (pace eorum dixerim) falluntur. Nam quæ ex mero iudicis officio proficiſcũtur mandari nõ poſsunt,[h] hæc ſunt eiuſmodi.[i] Deinde expreſſum eſt[k] vt damni infecti no-

a l. mato. §. tutoris. ff. de tutel.

b l. i. ff. de teſt. tutel. l. vbi abſunt. ff. de tuto. & curato. da. l. decreto. ff. qui potio. in pig.

c l. ſi in aliquã ſupra de offi. proc. & leg. & vide. ff. cap. xxi. in fine.

d gl. & doct. in. l. cognitio in verbo poteſt in fi. ſupra titu. ii.

e d. l. cognitio ĩ fi.

f ſupra cap. xi.

g Iaſ. in. d. l. cognitio in fi. Alciat. parad. lib. ii. cap. iiii. Lõgoual. ĩ. iii. parte rep. huius. l. imperium.

h l. ii. C. de peda. iudi.

i l. i. vbi docto. ſupra eo.

k l. i. ff. de dã inf.

Digitized by Google

ѽti nomine caueatur non alias ne a prætore quidem, ac ne magiſtratib⁹ quidem municipalibus (quãuis ordinariam alioqui iuriſdictionem habeant) mãdari poſſe, quã ſi res celeritatem deſideret, & periculoſa dilatio videatur, ex quo a contrario ſenſu [a] conſequens eſt prætorem nullo alio caſu mandare hæc poſſe, quinimo ſi res celeritatem non deſideret, in municipium extra vrbem potius proficiſci prætor neceſſe habet, [b] quo iubeat damni infecti cauere, quam vt caueatur, mandare. Denique damni infecti cautio prætoria eſt, [c] ergo prætor ipſe eã iubere non autem mãdare poteſt. Igitur ſupradicta omnia mandari non poſſunt. Iam non obſtat iureconſulti quo nituntur reſponſum, [d] illud enim de ſolo proconſulis legato loquitur, qui quoniam (vt inferius declaratur latius) [e] iure quodam ſpeciali propriam iuriſdictionem habet, ea omnino omnia poteſt quæ & proconſul ipſe, exceptis demum accuſationib⁹ cauſſiſque criminalib⁹. Itaque iureconſultus de proconſulis legatis loquens ita ait. Cum propriam iuriſdictionem legatis tuis dederis, conſequens eſt vt etiam de ſuſpectis tutorib⁹ poſſint cognoſcere, deinde ſequitur continua lectiõe, vt ab his (legatis tuis videlicet) bonorum poſseſsio detur vel. &c. detractis de fine eiuſdem reſponſi his verbis quæ inemẽdate in antiquis exemplaribus habentur, mandari poteſt. Speciale eſt igitur vt ſupradicta omnia mandata iuriſdictone a proconſule in legatos tranſeant, at in cæteros nec tranſire mandata generaliter iuriſdictione, nec ſpecialiter ea mandari poſſint. Itaque in propoſito cum quæritur, an quæ huius imperii ſunt, quæque ex mero iudicis officio proficiſcũtur mandari poſſint? ſciẽdum eſt, quædam huius ordinis eſſe, quæ quãuis actionis iure nõ petant, ſed ex mero iudicis officio proficiſcantur, principali tamen actioni acceſſoria ſunt, actioniſque iam in iudicium deducte occaſione petuntur: vt peto ex ſtipula

a l.i., verſic. huius rei ſupra tit. ii.

b l.v. §. prætorię ff. de verb oblig. §. prętoriæ inſtit. de diuiſ. ſtipulat a.

c l. dies cautioni §. ſi tam vicinũ ff. de dam. inf.

d d. l. cognitio ĩ fi.

e infra cap. xxv.

P

Digitized by Google

tu ſtichum ſeruum,reus dare quidem non omnino recu
ſat,ſed in fuga eum eſſe ait:huius veluti exceptionis oc-
caſione peto vt ſaltem de perſequendo ſeruo, preciove
reſtituendo caueat. Aut reus ſeruum quidem ipſum de-
bitum habet,dare tamen omnino contumax eſt, & ſuſpi
tio eſt ſi is dare omnimodo cogatur, ne ſeruo venenum
propinet,aut quidpiam aliud committat,quo ſeruo aut
diu aut commode vti non poſſim:itaque peto vt de do-
lo caueat. Huiuſmodi(inquam)perſecutiones vt cauea-
tur,nulla actione nituntur(vt de ſimilibus ſuperius di-
ctum eſt)[a] ſed ex mero iudicis officio proficiſcũtur, ne-
que enim ex ſtipulatu actio eo pertinet, vt de his rebus
caueatur,ſed tantum vt ſeruus detur, ſuntque huiuſmo-
di perſecutiones haud dubiæ huius imperii,& tamẽ mã
data actione cui accedunt,veluti acceſſionis iure tranſe-
unt:huius generis omnino ſunt quas hodie vocamus
garniſiones per modum prouiſionis, de quibus ſupe-
rius dictum eſt.[b] Alia ſunt huius imperii, quæ princi-
paliter ac primo loco petuntur,nec actionis iam mo-
tæ aut in ius deductæ occaſione,vt damni infecti, lega-
torum ſeruandorum ſtipulationes, hæc (inquam) nec
mãdari nec mãdata iuriſdictiõe trãſferri poſſũt. Colligi
7 tur hæc diſtinctio ex iureconſulti imperatoriſque do-
ctrina. Sic itaque inquiunt,[c] iudiciales ſunt dumtaxat
ſtipulationes,quæ a mero iudicis officio proficiſcuntur,
veluti de dolo cautio,vel de perſequẽdo ſeruo qui in fu
ga eſt de reſtituendove præcio:hæ (inquam) ſtipulatio-
nes ſunt dũtaxat iudiciales,eas quidẽ prætor iubere ipſe
poteſt,ſed nõ habet neceſſe,mandare enim poteſt, pro-
ptereaque ait ſunt dũtaxat iudiciales, id eſt quas etiã is
qui quomodocũq; iudex ſit,veluti iudex datus iubere re
gulariter poſſit,nec neceſſe eſt prætorẽ ipſum eas iube-
re, proficiſcũturque ex mero iudicis etiam dati officio,
adheretque dictio dũtaxat,verbo iudiciales. Sequitur

[a] ſupra cap. præcedenti.

[b] cap. præceden.

[c] in d.l.v. de verbo. oblig. infra & toto titu. de diuiſ. ſtipula. inſti.

prætoriæ ſunt quæ a mero prætoris officio proficiſcuntur, veluti damni infecti, vel legatorum, Hæ(inquam)ſtipulationes prætoriæ dicuntur, quod prætorem oporteat ipſum eas mero ſuo officio iubere, nec id mandare cuicunque poſſit, adeo vt ſi etiam in municipio, ac extra vrbem intra tamen territorium ſuum deſiderentur, eo ipſe(vt iamdictum eſt)proficiſci potius quam ſuper his iudicem dare debeat. Itaque iudiciales dũtaxat ſuperiores dicuntur, quod ſufficiat eum quomodocũque iudicem eſſe, etiam ſi tantum datus ſit, qui eas regulariter iubeat, hæ autem prætoriæ quod ſolus prætor non alius eas imperare poſſit: quæ autem conuentionales ſtipulationes ſint, facile eſt intelligere. Tandem ſequitur. Communes ſunt veluti rem ſaluam fore pupilli. &c. Huiuſmodi ſtipulatio iudicialis dũtaxat nó eſt, neque enim is qui iudex tantum datus ſit, regulariter eam imperare poteſt, nec ſimiliter prætoria tantum, neque enim prætoré ipſũ præciſe ac omnimodo eam iubere oportet: ſed cõmunis tam iudici competens quam prætori. Nam prætor ſi per occupationes liceat iubere ipſe debet, ſin cauſſarum multitudine, aut publicis occupationibus impeditus ſit, iudicem dare poteſt: competit itaque & prætori & iudici, cum ea res aliter expediri interdum non poſſit: nec iudicialis igitur tantum, nec prætoria tantum eſt, ſed cõmunis. At(inquies)an non & damni infecti cautio ſi res aliter expediri non poſſit, mandari poſſit? vt eadem ratione cõmunis dicatur? Sane prætor eam omnimodo iubere ipſe debet, nec ſufficeret cauſsarum multitudine aut publicis occupationibus impeditum eſſe, adeo vt etiam huius cautiõis gratia in municipiũ proficiſci ipſe debeat, nec vt caueatur damni infecti nomine, niſi vnico neceſsitatis caſu(quem nulla lex concluſit)[a] mandare poteſt: nempe cum res celeritatem deſiderat, & periculoſa videtur dilatio, tunc enim negotium magiſtrati-

a l.i.ſuꝑ.de off.cõſul.vbi glo.

bus municipalib⁹ cōmittere poteſt,[a] nec id quidem integrum, ſed vt iubeant dāni infecti nomine cauere,& in poſseſſionem mittere poſſunt. Cæterum ſi is qui miſsus eſt in poſseſſionem,non admittatur,huius controuerſiæ cognitionem iuriſdictionemque ad prætorem municipales magiſtratus remittere debent,[b] nec decretum ipſi ſuum poteſtatis iure exequi poſsunt, quod prætori permiſsum eſt,[c] adeo prætor ipſe ſuas cautiōes iubere debet,cum vt cōmunes mandari poſſint,ſufficiat eas commode prætorem exequi non poſse, & ſic intelligendum eſt quod dicitur,[d] prætor iubet rem ſaluam fore pupillo caueri,& interdum iudex ſi aliter hæc res expediri nō poſſit,id eſt interdum prætor iudicem dare poteſt, ſi cōmode propter cauſſarum forte multitudinem ipſe expedire non poſſit. Atque itaque intellige quæ cautiones ſtipulationeſve prætoriæ iudiciales communeſve hoc loco,[e] dicantur. Nam aliter alio[f] ſumuntur longeque diuerſo ab hoc modo. Ex ſupradictis igitur omnibus conſtat quid mixtum hoc imperium ſit, cur iuriſdictio inesse & dicatur, in quibus exerceatur, perſecutionibus videlicet & quæ harum naturam retinent: denique latam eſſe vt ex ipſis verbis colligitur differētiam inter imperium mixtum cui iuriſdictio ineſt, & illud quod iuriſdictioni coheret, illi enim iuriſdictio ſubſeruit, hoc iuriſdictioni ancillatur, illud in mero iudicis officio conſiſtit,proptereaque mandari nō poteſt, niſi quo nūc caſu modoque tractatum eſt,hoc mixto iudicis officio exercetur, proptereaque mandata iuriſdictione tanquam acceſsorium tranſit. Ac vero ſiquis roget cur mixtum hoc imperium cui iuriſdictio ineſt mandari nō poſſit? certe ea ratio eſt, quoniā iuris executionē continet, exequendi vero ius,quoniam in eo ius dicentis poteſtas maieſtas atque imperium verſantur,mandari nō poteſt: vt & alibi tradetur.[g] Hinc conſtitutum eſt[h] vt in quibus

a d.l.i.iſra de dā. inf.

b l. dies cautioni verſi.an tamen infra de dāno. infec.

c l.ſi quis miſſus infra ne vis fiat ei qui in poſſ.

d l.v.§.cōmunes &.d. tit. de diuiſ. ſtipul.i fine. inſti.

e d.l.v.&. d. titu. de diuiſi: ſtip.

f tit.de præto. ſtipul.infra.

g ſ.ca.xxiii.in fi.

h l.ii.C. de pedaneis.

Digitized by Google

cauſſis ex officio cognoſcitur, dandi iudicis licentia interdicta ſit, hoc eſt ne vniuerſum hoc imperium mandari poſſit, quod totum in iudicis officio mero conſiſtere ſuperius docuimus.[a] Et quidem Alciatus recte exiſtimauit mixtum imperium in perſecutionibus conſiſtere, ſed non recte cum in his ſolis. Et Longouallius recte, cum modicā coercitionē quæ exercendæ iuriſdictionis gratia conceditur imperii mixti eſſe ait, ſed non recte cum imperium mixtum nihil aliud eſſe ait. Complectitur igitur mixtum imperium & Alciati ſententiā, idque eſt imperium cui iuriſdictio ineſt, & Longouallii, id autem eſt quod iuriſdictioni cohæret.

a ſup. ca. xi. xii. & hoc.

1 Quæ dicātur imperii magis eſſe quam iuriſdictionis, declarataque. l. ea quæ ad municipalem infra.

2 Declaratur. l. iubere cauere infra eo.

3 Declaratur. §. nulla in fi. in aut. de defenſo. ciuita. collatione tertia.

4 Declaratur hæc. l. imperium. verſic. mixtum.

Caput decimumquartum.

Poſtremo vidēdum eſt quemadmodū hæc noſtra imperii mixti declaratio textibus conueniat. Iureconſultus ait.[a] Ea quæ imperii magis ſunt quam iuriſdictionis magiſtratus municipales facere non poſſunt. Magiſtratibus municipalibus non permittitur in integrū reſtituere bona ſeruandæ rei gratia iubere poſſidere &c. Superius docuimus quædā imperii eſſe, quia his præ

a l. ea q. infr. ad municipa.

ciſe ac omnino iudex partem quid facere iubet, vt cum ait damni infecti legatorum præſtandorum &c. caueas iubeo, alia quæ executionem cõtinent, vt Titius in poſſeſſionem domus, bonorumve Caii mittatur. Atqui ſiquis propriiſſime ſpecialiſſimeque quid imperiũ ſit accipere velit, ea demum imperii eſſe dicẽtur, quæ omnimodam executionem continẽt, tunc enim propriiſſime imperatur, cum illud quod præcipitur omnino exequi fierive oportet. At cum ita prætor iubet, dãni infecti legatorum præſtandorum nomine caueto, hæc non omnimodam executionem continẽt, nam non omnino cogitur reus his parere, ſed hypotetice tantum, omnino enim cauere eum oportet niſi malit miſſionem in bonorum ſuorum poſſeſſionem pati. Hæc autem Titius in bonorum domuſve Caii poſſeſſionem mittatur, omnimodam executionem cõtinent, atque omnimodo fiunt, itaque ea dicuntur magis imperii eſſe hoc loco quæ iuſſum præceptumque vt pars diuerſa aliquid faciat, continent, veluti damni infecti legatorum præſtandorum nomine caueto, continent enim (vt iam dictũ eſt)[a] & iuriſdictionem cõtrouerſiæque deciſionem, & imperiũ ſimul, nam non ſimpliciter ius dicit ac veluti verbo tenus, cum hæc pronuntiat iudex, quinimo potius imperat, proptereaque magis imperii ſunt quam iuriſdictionis, his enim præciſe iudex pareri vult, tamẽ pars diuerſa præciſe parere non cogitur, cum ad factum nemo fere præciſe obligari poſſit.[b] At ea quæ executionem continent, veluti miſſiones in poſſeſs. bonorum, omnimodo imperii ſunt, hæc enim præciſe fiunt, nam nõ obligant vt pars diuerſa aliquid faciat, ſed vt patiatur tantum, quod & facilius obligatione inducitur.[c] Igitur iureconſultus ait. Ea quæ imperii magis ſunt quam iuriſdictionis, qualia ſunt, vt damni infecti legatorumve nomine caueatur, magiſtratus municipales facere non poſſunt. Sequitur, magi-

a ſup. cap. xi.

b l. ſtipulationes nõ diuidũtur verſ. celſus. infr. de ver. oblig. vbi docto.

c arg. l. quoties. §. ſeruitutũ. ſ. de ſeruituti.

ſtratibus municipalibus nõ permittitur in integrum reſtituere, bona ſeruandæ rei gratia iubere poſſidere &c. quæ omnia executionem continent. Itaque hoc reſponſo interdicitur totius imperii huius adminiſtratione magiſtratibus municipalibus, exceptis fortaſſe iudicialibus ſtipulationibus quæ ſunt huius imperii de quibus ſuperius.[a] Alterum reſponſum eſt.[b] Iubere cauere,& z
in poſſeſſionem mittere imperii magis eſt quam iuriſdictionis. Cum prætor vt dãni infecti caueatur, aut vt domus poſſideatur pronũtiat,& ius dicit,decidit enim cõtrouerſiã an iuſta cauſſa ſit, propterquam caueri aut domus poſſideri debeat, ſimulque caueri aut domum poſſideri iubet quod imperii eſt. Verum hoc pronuntiatum imperii magis eſt quam iuriſdictionis,pluſq; imperii habet quam iuriſdictionis controuerſiæve deciſionis. Tum imperator ait.[c] Apud defenſores ciuitatum omnia agi 3
&c. etiam præſente (inquit) præſide prouinciæ, præter illa quæ iuriſdictione egent & ex ipſa iudicum authoritate pendent. Hac enim conſtitutione huius imperii adminiſtratio defenſoribus ciuitatum prohibetur, quẽadmodum iurecõſulti reſponſo[d] magiſtratibus municipalibus:ea enim quæ pendent ex iudicum authoritate ſunt ea omnia quæ huius imperii ſunt, nã vniuerſum ex mero iudicis officio aut actione meri huius officii naturam retinente pendere ſuperius docuimus,[e] & egent iuriſdictione,nam imperium hoc iuriſdictioni,id eſt cauſſæ cognitioni controuerſiæque deciſioni coniunctum eſſe demonſtrauimus.[f] Denique ad reſponſum noſtrum perueniamus. Mixtum (inquit)[g] imperium eſt cui etiam iuriſdictio ineſt. Dubium quidem non erat an imperiũ quod iuriſdictioni coheret, mixtum eſſet, nam cũ iuriſdictioni coherens conſequens acceſſoriumque ſit,ita vt per ſe ac principaliter nihil ſit,merito iuriſdictioni mixtum dicitur. At imperium illud cui iuriſdictio ineſt,non mixtum

a ſup.cap.præced.
b l.iubere cauere, ſ.cod.
c §.nulla in fi. in aut.de defenſo. ciuitat.
d d.l.ea quæ.
e ſup.cap.xi.&.xii.
f ſup.cap.xi.
g In hac.l.imperiũ.

imperium iuriſdictioni, ſed iuriſdictio, potius imperio mixta dicenda videbatur, cum principale potentiuſque ſit imperium, iuriſdictio vero ipſius gratia adhibeatur. Quemadmodum naturaliter vbi plus multo vini quam aquæ ſit, dicimus aquam vino permixtam non contra. Hoc tamẽ (inquit) imperium cui iuriſdictio ineſt, etiam mixtum imperium eſt, quaſi dicat nõ ſolum illud quod iuriſdictioni coheret, ſed etiã illud cui iuriſdictio ineſt, (quod minus videbatur) mixtum imperium eſt. Atq; ita non diffiniendo (vt ſenſerunt Alciatus & Longouallius) ſed propoſita magis dubitabili ſpecie peruulgato peculiarique iurecõſultorum more, quid imperium mixtum ſit, hic oſtenditur. vehementer enim obſtat dictio etiam, ne vlla diffinitio eſſe poſſit. Hæc de mixto imperio ſatis.

1 Iuriſdictio quid, & quotuplex.

2 Iuriſdictionis quæ in incidentibus præparatoriis acceſſoriiſque verſatur exempla.

3 Iuriſdictionem huiuſmodi mixtam dici poſſe, exemplo imperii mixti quod iuriſdictioni coheret.

4 Iuriſdictione mandata, iuriſdictionẽ huiuſmodi tranſire, exẽplo mixti iuriſdictioni imperii.

5 Ab huiuſmodi iuriſdictione principale negotium non cenſeri.

6 Iuriſdictionem hanc mixto iudicis officio exerceri.

Caput decimumquintum.

Supereſt

Vpereſt iuriſdictionis tractatus, qui quidẽ 1
eo erit breuior, quod ex præcedẽtibus bo-
s na magnaque ex parte quid iuriſdictio ſit
fere traditum eſt. Diximus [a] igitur iuriſdi- a ſup.cap.ii.
ctionis verbum generaliter imperium tum
merum, tum mixtum, & iuriſdictionẽ (quã vocant) ſimplicem continere, nec repetẽda ſunt illa. Specialiter iuriſdictio dicitur cuiuſcunque cauſſæ controuerſiæq; tum principalis tũ acceſſoriæ incidentiſve cognitio deciſioque, nullum imperium cõtinens. Et omnino quoties iudex quicquam pronuntiat quod imperium non cõtinet (de qua re ſuperius dictum eſt)[b] illud iuriſdictionis (quã vocant) ſimplicis eſſe aio. Vt cum ait, actor actionẽ edere, teſtes producere intra octo dies poterit &c. Cõdemno Titium vt centum Caio ſoluat, faciat, reſtituat, vt capite mulctetur deportetur, &c. Ea igitur duplex eſt, vna eſt quæ in acceſſoriis verſatur, altera in principalibus cõtrouerſiis negotiiſque conſiſtit, cuius ſunt actiones accuſationeſque omnes. De illa autem primũ dicamus. Conſiſtit (inquam) in omnibus incidentibus, præparatoriis, (quæ vulgo cauſſæ appunctuamenta vocamus) in omnibus acceſſoriis, in omnibus denique pronuntiatis quæ principalis negotii controuerſiæque gratia aut ratione feruntur, ſimiliſque per omnia imperio mixto quod iuriſdictioni coheret, eſſẽ mihi videtur, atque hoc tantum differũt, quod imperium eſt vbi diſtricte quid fieri iubetur, iuriſdictio vbi facultas tãtum conceditur: de quibus ſuperius dictum eſt.[c] Huius ſunt quos hodie vocamus fines non procedendi, non recipiendi, interlocutiones illæ omnes iudiciorum præparatoria dilationeſque continentes, huius denique expenſarum condẽnatio. vt ecce ago contra Titium familiæ erciſcundæ iudicio, is præſcribit incompetentem iudicem eſſe, aut me heredẽ non eſſe, iudex ſuper incidentibus huiuſmodi ita pronũtiat,

b ſup.cap.iiii.

2

c ſup.cap.iiii.numero.vi.

dico me competentem iudicem eſſe, Caium iuſtum eſſe
actorē recipiendūq; eſſe,quæ quidem pronuntiata nullū
imperiū continent,nam illud perpetuo memoria tenēdū
eſt, omnia ius dicentis pronuntiata,imperium aut iuriſ-
dictionē cōtinere , & ex ipſa pronuntiatorū forma con-
ceptioneque æſtimādum, quæ iuriſdictionis quæve im-
perii ſint. [a] Adeo vt cum iudex iudicē dat ita forte pro-
nuntiās,Sempronio cauſſam hāc delego,ius dicat, pro-
ptereaque iurecōſultus hic ait, [b] etiā(quæ quidem dictio
ponderanda eſt) [c] iudicis dandi licētiam iuriſdictionem
eſſe.Deinde ſequūtur cauſſæ præparatoria. Actor reo li-
bellū det,reus reſpōdeat intra octo dies,vtrinque inqui-
ratur,teſtes inſtrumentave producantur,& reliqua id ge
nus,quæ quidem pronuntiata nullum imperium conti-
nent(vt ſuperius declaratū eſt)[d] ſed his tantum iudex ius
dicit ſimpliciter, dicit enim edicitque quid in cauſſa fa-
ciundum ſit, quare edicta recte adpellantur, [e] potiuſque
permittit q̄ quicquā iubeat. Quo fit vt adhuc hodie iu-
dices ita pronūtiēt ſuper his præparatoriis.Partes vtrin
q; intra octo dies poterūt inquirere producere &c'. De-
nique ipſa expenſarum condemnatio nullum imperium
cōtinet,vt ex pronūtiati forma adparet , eſtq; principali
cōtrouerſiæ acceſſoria quare huius ſimiliter iuriſdictio-
nis erit.Et omnino ea imperio mixto quod iuriſdictioni
3 coheret ſimilis eſt,& ſi intellexerimus quæ ſint illius im-
perii,intelligemus omnino quæ hui⁹ iuriſdictionis erūt.
Illud enim tunc exercetur, cum iudex cuicūque aliquid
præciſe facere imperat , vt cū ait perſonaliter cōpareat,
aut executionē aduerſus quencunq; fieri iubet, vt cū ait
reus præhendatur,in ius educatur,&c. Hæc autem tunc
exercetur cū ius ſimpliciter acvelutiverbo tenus dicitur,
nec imperatur quicq̄ præciſe vt in ſupradictis exēplis.
Verum vtrunq; principali cuicunq; controuerſiæ acceſ-
ſorium tātum eſt , quare cum imperiū illud mixtum di-

a vt ſup̄.ca.iiii.numero.vi.& .J.cap. proximo.
b in hac.l.īperiū.
c vt ſup̄.cap.viii.
d ſup̄.ca.iiii.nu.vi
e l.ad perēptoriū. l.nonnū J.& l.ſeq. J.de iud.

Digitized by Google

catur, quia generaliter iuriſdictioni coheret (vt iam dictũ
eſt.)[a] ita eadẽ ratione hæc iuriſdictio mixta dici merito   a ſup.cap.x.
poterit, coheret enim iuriſdictioni generaliter ſumptæ,
verbi gratia ſi in executione ſententiæ (quæ imperii meri
eſt) coram executore dato ſuper rebus pignoris iure ca-
ptis cõtrouerſia incidat, ſuper ea ius ipſe dicet.[b] Si aduer   b l.a diuo Pio.§. ſi ſuper rebus.ff. de re iud.
ſus Titium quacunque actione agam, aut cum cuiuſcũq;
criminis reũ faciam, quæ iuriſdictionis ſunt, ſi deniq; ad-
uerſus eundem bonorũ poſſeſſionem contra tabulas, aut
damni infecti cautionẽ, & cætera quæ imperii mixti cui
iuriſdictio ineſt ſunt, petam, iudicis partes erũt, ſuper in-
cidentibus, præparatoriis acceſſoriiſque ius dicere,[c] de   c l.cui iuriſdictio ſup.eod.
quibus nũc dictum eſt: quæ quidem huius iuriſdictionis
(vt ex pronuntiatorum forma & conceptione adparet)
ſunt. Rurſum qua ratione mixtum illud imperium quod   4
iuriſdictioni coheret mandata iuriſdictione trãſit,[d] ne iu   d l.i.§.fi.ſup.ti.ii.
riſdictio nulla ſit,[e] ita eadẽ ratione mãdata iuriſdictione   e l.fi.ſup.eo. ti.
generaliter ſumpta, hæc iuriſdictio trãſit, ne videlicet iu-
riſdictio mãdata nulla ſit.[f] verbi gratia, ſi ſuper rebus pi-   f arg.l. a Titio.ff. de verb.oblig.
gnoris iure captis controuerſia corã executore dato mo
ta ſit, quomodo is executionem interdũ peraget, niſi ſu-
per ea re ius dicere ei permiſſum ſit? Si corã legato pro-
conſulis bonorum poſſ. aut damni infecti cautionẽ petã,
quomodo hæc decernet, niſi incidẽtia tractare, litis præ-
paratoria ordinare ei liberum ſit? aut ſi coram quocunq;
iudice dato actio accuſatiove proponatur, quomodo ſu
per his ius dicet, niſi ſimiliter incidẽtia decidere, præpa-
ratoriaq; ordinare cõcedatur? Itaque quemadmodũ mi
xtum illud imperiũ iuriſdictioni generaliter ſumptæ co
heret,[g] ita & hæc iuriſdictio: & quemadmodum mixtũ   g vt ſup.cap.x.
ideo dicitur quia iuriſdictioni generaliter coheret, ita &
hæc iuriſdictio mixta dicetur, atque ita eam adpellabi-
mus poſthac. Denique quemadmodum imperium illud
mãdata iuriſdictione trãſit ne iuriſdictio nulla ſit, ita ca-

dem ratione hæc iuriſdictio tranſit. In hoc demũ differre
puto, quod imperium illud iudici dato ante litem cõte-
ſtatam non competit,[a] hæc iuriſdictio quandocunque iu
dici dato conceditur. Poſtremo quemadmodũ propter
mixtum illud imperium principale negotium mixti eſſe
5 imperii non dicitur,[b] ita nec propter mixtã huiuſmodi
iuriſdictionem principale negotium (cum illa acceſſoria
ſit) non cenſebitur, vt quia in executione ſuper rebus pi-
gnoris iure captis mota controuerſia ius dictum eſt, non
ideo minus imperii meri tota executio cẽſebitur. Inſpi-
cimus enim (vt ſæpius dictum eſt) principale negotiũ, &
6 ab eo tota res denominatur, q̃uis incidentia acceſſoria
præparatoriave per ſe imperii mixti aut iuriſdictiõis eſſe
dicantur. Illud quoque (quod omiſerã) adiiciendum eſt,
quemadmodum mixtum illud imperium mixto iudicis
officio exerceatur,[d] ita & iuriſdictio hæc, vtrunque enim
per ſe nihil eſt, ſed actioni, accuſationi, imperio mero,
mixtove cui iuriſdictio ineſt, deſeruit atque ancillatur.

a §. ſi vero etiã. in aut. de exhib. reis. col. v. & ſup. cap. x.

b ſup. cap. x.

c ſup. eo. ca.

d ſup. d. cap. x.

1 Qua ratione principalis quæque cõtrouerſia imperii meri mixtive aut iuriſdictionis eſſe intelligatur, & quæ ſit iuriſdictionis altera ſpecies.

2 Falſum eſſe quod aiũt iuriſdictionẽ mixto ſiue (vt vocant) mercennario iudicis officio expediri.

3 Iuriſdictionem ſpecialiter ſumptam ex æquo tam ad accuſationes quam actiones pertinere.

4 Declaratur hæc. l. imperium in fine.

5 Epilogus omniũ præcedẽtiũ quo declaratur quæ ſint iuriſdictionis imperii meri mixtive.

Caput decimumſextum.

Portet igitur principalem quācūque controuerſiam principaleque negotiū eſſe, aut iuriſdictionis non mixtæ (quam merā adpellari poſſe nunc dicemus) in qua videlicet actio accuſatiove proponitur, eaque eſt altera iuriſdictionis ſpecialius ſumptæ ſpecies, nam ſuperiori capite duplicem eſſe diximus, aut meri imperii, quod in rerum iudicatarum executionibus conſiſtit, aut mixti cui iuriſdictio ineſt, quod in perſecutionibus & quæ harum naturam retinent, verſatur. Nam mixtum imperium quod iuriſdictioni coheret mixta que iuriſdictio, horum ſunt neceſsaria adminiculaque, quæ ſuperiorum gratia ius dicenti conceduntur. Videamus igitur qua ratione principalem quācunque controuerſiam iuriſdictionis eſſe deprehendemus, non autem imperii meri mixtive. Et quidē attēdēdum eſt ius dicentis pronuntiatum, nam re vera tunc ius dicitur cum decernitur & iuriſdictio proprie nil niſi ipſum iudicis pronunciatū controuerſiam decidentis ſignificat,[a] quemadmodum & imperium nil aliud eſt quam iudicis pronuntiatū verbumque, quo aliquid fieri aut non fieri iubet:[b] quare ex pronuntiato principalem controuerſiam decidēte quæ imperii iuriſdictioniſve ſint intelligem⁹. Vt ecce, in executione ſententiæ reique iudicatæ magiſtratus iubet forte ex cauſſa condemnatum perſonaliter comparere, non ab eo imperio executio denominabitur vt propterea imperii mixti quod iuriſdictioni coheret eſſe dicatur. Iubet deinde ita, centum quorum damnatus es Titio ſoluas iubeo, hoc principaliter agitur, & ab eo tota executio denominabitur, vt imperii eſſe dicatur, cuius autem? meri, nam ne centum dentur non amplius cauſſæ vlla cognitio iuriſdictiove interponetur.[c] Quod ſi centum illa ſoluta non ſint ita deinde iubet prætor. Pignora capiantur, diſtrahātur, pecunia inde redacta actori nūeretur.[d]

a l. quāuis ff. de in ius vocan. l. poſtquā §. imperator ff vt legat. ſeu fideic.
b l. quod iuſſit ff. de re iud.
c ſupra cap. v. & cap. vi.
d l. a diuo Pio ff. de re iud.

Digitized by Google

Singula hæc imperii ſunt, ſed mixti iuriſdictioni generaliter ſumptæ, exercentur enim quo illi imperio ſatiſfiat quo centum dare condemnatus iuſſus eſt. Quare nec ab illis executio denominatur, ſed ab illo vnico quod principale eſt. Similiter cum bonorũ poſſeſſionẽ aut quidpiã aliud mixti imperii cui iuriſdictio ineſt, perſequor, quæcunque pronuntiata illud præcedent quo bonorũ poſſeſſio mihi decernetur, non ab eis bonorum poſſeſſio denominabitur, vt iuriſdictionis aut imperii eſſe dicatur: ſed ab hoc quod principale eſt, iubeo Titium bonorum poſſeſſionem accipere. Superiorum igitur exemplo, ea iuriſdictionis eſſe dicentur, quorum pronuntiatũ principalem cõtrouerſiam decidens ac finiens, iuris ſententiæque dictionem, nullum autem imperium cõtinet. Vt cum aduerſus Titium propoſita quacunque actione peto, vt cẽtum dare, inſulam facere, rem reſtituere cõdemnetur, aut propoſita cuiuſcunque criminis accuſatione vt pœna quacunque condẽnetur, quæcunque pronuntiata ea præceſſerint quib⁹ dare, facere, reſtituere, plective reus condemnabitur, non ab eis principales controuerſiæ denominabuntur, vt ſi iudex competentem ſe dixerit; ſi libellum dare, teſtes inſtrumentave producere edixerit (quæ mixtæ ſunt iuriſdictionis) ſi reum in ius educi, in carcerem coniici, ſi teſtes torqueri iudex iuſſerit (quæ imperii quod iuriſdictioni coheret ſunt) ſed ab illis demum pronuntiatis, quibus centum dare, facere, reſtituere, plective reus condemnabitur, quomodo autẽ concipiuntur? Condemno Titium vt Caio centum ſoluat, inſulam ædificet, rem reſtituat, vt capite mulctetur, fuſtibus caſtigetur, quæ quidem omnia nullũ imperiũ, nullum iuſſum continent, ſed ſimplicem iuriſdictionem tantum, id eſt ſententiam qua quid iudex in propoſitis controuerſiis iuris eſſe putet ac ſentiat, cenſet, dicit, deciditque. Scio his obiici poſſe,[a] ſed iam diluetur. Atq;

a de.l.i ſumma ſ. de re iud. vide infra cap.xvi.

ab huiuſmodi pronuntiatis res iudicatæ proprie adpellantur, [a] eorum iudex, iudicium, iudicatio, iuriſdictio, ſententia, eſſe intelligũtur, in iis p̃toria verba, do, dico (quod in ciuilib⁹ verũ eſt) verſantur. Iuriſdictionis igitur ſũt actiones omnes, tũ in rem tũ in perſonam, accuſationeſque & quidem ex æquo omnes. Poſtremo cum perſequor vt aduerſus Titium bonorum poſseſſio mihi detur, forte cõtra tabulas, aut quidpiam aliud huius imperii, Prætor danda necne mihi ſit cognoſcit, tandemq; ita pronũtiat, viſis actis. &c. Ordinam⁹ quod Caius bonorum poſseſsionem accipiet: quod quidem pronuntiatum duplex caput continet, quaſi vero ita eſſet conceptũ. Dicimus dandam eſſe Caio bonorum poſseſſionẽ, & iubemus vt is accipiat, quorum prius ſimplicem iuris ſententiæq; dictionem contineret, eſsetq; huius (de qua loquimur) iuriſdictionis, quemadmodum actiones accuſationeſq; omnes, alterum imperium ac ipſam iuris executionẽ. Sed quia vnum idemq; pronuntiatũ vtrunq; complectitur, eorumq; potentius principaliuſque eſt illud quod imperium executionemque continet, ab eo dicitur in danda bonorum poſſeſsione imperium conſiſtere, [b] non iuriſdictio ſimpliciter, quod autem imperiũ? mixtum, quia coniũctum iuriſdictioni cauſſæque ac cõtrouerſiæ deciſioni, cum idem pronuntiatum vtrunque contineat. Sunt igitur ſimplicis iuriſdictonis actiones omnes accuſationeſque, ſed vtræque ex æquo. Quemadmodũ autem merum imperium ac mixtum cui iuriſdictio ineſt, mero ius dicentis officio explicari diximus, [c] ita hæc iuriſdictio mero actionis accuſatiõiſve iure explicatur, vt intelligas Bartolum & omnes [d] vſque adhuc ab eo erraſse, qui iuriſdictionem mercennario, aut mixto iudicis officio explicari tradunt. Nam verum quidẽ eſt mixtum illud officiũ, acceſſoria omnia iudiciorumq; præparatoria ſuggerere, vt in ius vocationem litiſcon-

[a] l. i. & toto titu. ff de re iudi.

[b] in hac. l. imperiũ vide ſupra cap. xi.

[c] ſupra cap. vi, & xi. & xii.

[d] Barto. & omnes in hac. l.

teſtationē, & reliqua id genus, quæ imperii mixti quod iuriſdictioni coheret, aut mixtæ iuriſdictionis eſſe ſuperius diximꝰ,[a] at iuriſdictionem quæ principalem controuerſiam principaleque pronuntiatum reſpicit, ab huiuſmodi acceſſoriis ꝑparatoriiſque denominari inconueniens eſt. Alioqui accuſationes etiam omnes mixto iudiciis officio explicari dicēdum eſſet, cum eadem acceſſoria in accuſationibus peragendis exerceātur, quas tamen mero iudicis officio Bartolus explicari ait,[b] in quo tamen iterum fallitur vt ſuperiꝰ probatum,[c] Igitur iuriſdictio ſiue de actionibus ſiue de accuſationibus intelligas, nec mixto nec mero iudicis officio explicatur, ſed mero actionis accuſationiſve iure, quamuis eorum ꝑparatoria acceſſoriaque mixto officio exerceantur, iuriſdictionem autem ex propria ſtrictaque verbi ſignificatione, tam ad accuſationes quam actiones tum in rem tum in perſonam ex æquo pertinere cōſtat, quod ſuper his (vt iam dictum eſt) ſimpliciter ac proprie quid iuris ſit dicatur. Nec minꝰ accuſationum cauſſarūq; criminalium iuriſdictionem quam actionum eſſe plurimis iureconſultorū reſponſis imperatoriumq; conſtitutionibus ſuperiꝰ probatū eſt,[d] nec eſt cur repetamꝰ. Ac mihi quidem iuriſdictio hæc mera dici merito poſſe videtur, imperii meri exemplo, quia videlicet meram iuris ſententiæque dictionem contineat, nullum autem imperium. Nec obſtat quod in ea exercenda vtimur interdū imperio quod iuriſdictioni coheret,[e] nam ab eo non principalis controuerſia ſed a principali pronūtiato denominanda eſt.[f] Principale autem pronūtiatum meram iuris ſententiæq; dictionem, nullum autem imperiū cōtinet: Ita, condemno Titium vt centū Caio ſoluat, vt capite mulctetur. Sicut ex contrario diximꝰ,[g] quāuis in executiōe ſentētiæ articulꝰ quæſtiove incidere poſſint quæ aut iuriſdictionis aut imperii nō meri ſint, non tamen propter

a ſupra cap. prox. & cap. x.

b Bat. in hac. l. imperium.

c ſupra lib. i. cap. i.

d ſuꝑ. lib. i. ca. xvi

e l. i. §. qui mandatā & l. fi. ſuꝑ. ti. ii.

f ſupra cap. x.

g ſuꝑ. cap. ix.

pter hæc executio tota imperii meri minus eſſe dicetur. Poſceret loc⁹ hic vt diſcuterem⁹ quã apte iuriſdictionis hæc noſtra ſentẽtia iuris ciuilis textibus cõueniat, queãd modum de imperio mero mixtoque a nobis ſuis locis factum eſt, verum cum id in ſuperiorib⁹ ſatis actum ſit, nihil eſt cur acta agamus. Tantũ ſupereſt, vt reſpõſi no- 4
ſtri, [a] verſiculum explicemus. In antiquis exemplaribus ita legitur, iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licẽtia. Ex quibus verbis adparet iureconſultum nihil diffinire pro pter dictionem etiam, ſed propoſita tantum magis dubi tabili ſpecie, quid iuriſdictio ſit peculiari peruulgatoq; iureconſultorum more declarat. Aloandri exemplar ita habet. Vt iuriſdictio iudicis dandi licentia, hoc breuius ſed eundem omnino ſenſum habet. Superiori enim ver- ſiculo dicitur. Imperium mixtum eſt cui etiam iuriſdi- ctio ineſt, quod in danda bonorum poſſ. conſiſtit, deinde ſequitur, vt iuriſdictio iudicis dãdi licẽtia, id eſt, quẽadmodum iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licẽtia. Vi debatur enim iudicis dandi licentia nullo modo iuriſdi. ctionis eſſe, quid enim iudex inter collitigãtes ſtatuit cũ iudicem dat? deinde ſiquid ſtatuit, imperii potius eſſe vi debatur, quod videlicet iuriſdictioni coheret, dicim⁹ enim magiſtratum iubere iudicare eum quem iudicem dedit, [b] verum cũ aut partibus requirentibus eligẽtibuſque, aut vltro magiſtratus iudicem dat, nihil ſane impe rat proprie, ſed ius tantũ dicit, cum corã iudice dato liti gandum eſſe dicat. Hæc autem iudicis datio mixtæ iu- riſdictiõis eſt, quæ in præparatoriis, incidentibus, acceſ ſoriiſque exercetur. Atque vt omnium quæ a nobis ha- ctenus tradita ſunt ſummã epilogo complectamur. In iure reddendo tria ſunt principalia negotia, principa- leſve controuerſiæ, Prima, aut actio accuſatiove in iure proponitur. Eæ meræ iuriſdictionis ſunt. [c] Altera, aut re rum iudicatarum tam ciuilium quam criminalium exe-

[a] l. i imperium.

[b] l. eum qui ſ. eo.

[c] ſup. cap. xvi.

Digitized by Google

a ſup.cap.v.&.vi. cutio petitur, ea meri eſt imperii.[a] Aut iudicis merum imploratur actionis loco officium, aut ex interdictis ſideive commiſſis agitur: hæc ad mixtum imperium cui iuriſdictio ineſt pertinent.[b] Horum autem trium explicandorum gratia qui ius dicit, mixto ſuo officio quædã exercet quæ præparatoria vulgo adpellamus, & alia acceſſoria incidentia ve, ea ſi præciſum iuſſum executionẽve continent, imperii mixti quod iuriſdictioni coheret,[c] ſi vero ſimplicem iuriſdictionem edictumve tãtum, nullum autem imperium contineant, mixtæ iuriſdictionis erunt. Hæc autem omnia iuriſdictio generaliter ſumpta ſignificat continetque.[d]

b ſup. ca,xi,xii,& xiii.

c ſupra cap.x.

d ſup.ca,iiii, &.x.

1 Sententia quid & vnde, & quarum controuerſiarum ſit deciſio, & quemadmodũ cõcipẽda.

2 Stipulationem duplex verbum continere, & quæ imperſonalitas ſtipulationem vitiet, atque huius argumento quando ſententia ſit ipſo iure nulla propter ineptam eius conceptionem: declarantur. l. in ſumma infra de re iud. l. præſes cum. l. ſeq. C. de ſent. & interlo.

3 Decretum quid & vnde, declaraturque. l. nec quidquam. §. vbi decretum ſupra de offici. proconſ.

4 Interlocutio quid & vnde.

Caput Decimumſeptimum.

Q Voniam autem quæ imperii aut iuriſdictionis ſunt ex pronuntiatis colligimus, de eorum varietate ac differẽtia pauca diſſeramus. Nõ dubium eſt hæc & his ſimilia ſentẽtiã, decretũ, iudiciũ edictũ ſæpenumero confundi,

Digitized by Google

verum propria cuiuſq; eorũ ſignificatio a iurecõſultis di
ligenter obſeruatur. Itaq; ſentẽtia, iudicatio ipa, iudicíſ-
que cenſura dicitur, qua iudex tanquã iuris diſceptator
atq; arbiter inter partes conſtitutus acceptuſq;, propoſi 1
tam controuerſiam nullo imperio decidit, a ſentiendo
dicta, quia per eam quid ipſe ſentiat cenſeat. Ea autẽ du
plex eſt,[a] quædam eſt non diffinitiua (quam & interlocu
toriã vocãt) vt cũ iudex ait dico me cõpetẽtem iudicẽ,[b]
altera diffinitiua nec fere pro alia ſimpliciter ac ſpeciali
ter ſumitur, [c] diffinitiua igitur ea eſt quæ principalem
controuerſiam cõdẽnatiõe vel abſolutiõe diffinit, atque
terminat. Ea autem ad meram iuriſdictionem pertinet,
ea actiones accuſationeſque omnes finiuntur, ea condẽ-
nationẽ abſolutionẽve ſimpliciter, nullũ autẽ imperium
cõtinere debet: cõdẽno Caiũ vt decẽ Titio ſoluat, vt ca-
pitemulctetur, abſoluo. &c. Alioquin ipo iure nulla eſt.[d]
At (inquies) valet hæc ſententia,[e] Titio centum ſolue,
ea autem dupliciter his quæ nunc diximus aduerſatur,
primũ neq; cõdẽnationẽ neq; abſolutionẽ cõtinet, dein
de imperium iuſſumq; cõtinet. Reſpondeo queãdmo- 2
dum in cõcipiẽda ſtipulatiõe duo verba eſſe ſolẽt, pro-
miſſionis videlicet & executionis,[f] promiſſiõis, promit
to ſpodeo. &c. executionis dare facere, ita in ſententiis
duo ſunt, vnum iudicii, cõdemno vel abſoluo, alterum
executionis vt des facias, ne des ne facias, ſicut igitur in
ſtipulationibus promiſſionis verbum abeſſe poteſt, va-
let enim ea ſtipulatio dabis? dabo facies? faciam, [g] ita in
ſententiis iudicii verbum abeſſe poteſt, nẽpe cõdẽno vel
abſoluo, vt ſatiſſit dicere, cẽtum Caio ſoluas ne ſoluas.[h]
At rurſum queãdmodum in ſtipulationibus verbũ pro-
miſſiõis quod omnino abeſſe poterat, ſi vitioſe inſertum
ſit, inutilẽ facit ſtipulationẽ, ita in ſentẽtiis ſi quod iudi-
cii verbũ vitioſum adiectũ ſit, ſentẽtiã ipo iure nullã red
det: quãuis alioqui abeſſe iudicii verbũ omnino poſſit:

a l. pſes C. de ſent. & interlocu.
b Iaſ. in. l. quod iuſ ſit. ff. de re iud.
c vt in tit. C. ſentẽ tiã reſc. nõ poſſe.
d d. l. præſes.
e l. in ſumma infra de re iudic.
f docto. in. l. illa ſi i pulõ. §. cum qui & in. l. ſtipulatio iſta §. ſiquis ita infra de verbo. obliga. & in autent. ſiquã do. C. de cõſt. pec.
g §. i. inſt. de verbo. obliga.
h d. l. in ſumma.

Digitized by Google

expſſa enim nocẽt,[a] vt ecce, ſi imperſonale promiſſiõis verbũ ſit ita, promittitur tibi decẽ datũ iri, inſulã ædificatũ iri, aut promittitur tibi quod decẽ tibi dabũtur, inſula ædificabitur, propter imperſonale huiuſmodi promiſſiõis verbũ inutilis eſt ſtipulatio,[b] quãuis hæc valeat decẽ tibi dabuntur tacito promiſſiõis verbo, vt & hæc, promitto tibi decẽ datũ iri, congrue ac vtiliter expreſso verbo promiſſiõis. Similiter in iudiciis hæc pronuntiata cũ cẽtum a Titio ex ſtipulatu forte petii, iubeo, impero, vt cẽtũ petita ſoluas, hodie, ordĩo vel mãdatũ facio, prohibeo, veto, ne poſthac petas, hodie vulgariter facio inhibitionẽ ac defenſam, ipo iure nulla ſunt, propter verba impero, iubeo, veto, cũ diffinitiua ſẽtẽtia (quales ſunt hæ) cõdẽnationẽ vel abſolutionẽ cõtinere debeat, alioqui nulla.[c] Idẽ prorſus horũ exẽplo de ſentẽtiis accuſationũ omniũ diffinitiuis. Atq; hoc ſenſu duas imperatoris cõſtitutiões accipio.[d] Quod ad alterũ argumẽtũ attinet, ſciẽdũ eſt quãuis hæc ſentẽtia, decẽ Titio ſolue, verbo ĩperatiui modi cõcepta ſit, nõ tamẽ vllũ imperiũ cõtinet, nã imperium metimur nõ ex verbo executiõis ſed iudicii, nẽpe cõdẽno vel abſoluo, iubeo, impero, veto, prohibeo, quæ ius dicẽtis perſonã reſpiciunt, propterea q; ſiue imperatiui, ſiue cuiuſcunq; alteri⁹ modi, executiõis verbũ ſit, ſentẽtiã tamẽ nõ vitiabit,[e] quinimo etiam ſi ita ſentẽtia cõcepta ſit, dico te dare oportere, neceſſariũ eſſe, valet ſẽtẽtia, quẽadmodũ, nec executiõis ĩperſonale verbũ ſtipulationẽ vitiat, dũmodo promiſſiõis verbũ aut abſit aut vtiliter adſit, vt hæ ſtipulatiões valẽt, dabũtur tibi decẽ, quãuis additum nõ ſit a me, ſimiliter & hæc promitto decem tibi datum iri.[f] Itaque quemadmodum in ſtipulationibus cum ita ſtipulãti mihi dabis decem? reſpondes dabo, videris promittere, tamẽ ſtipulatio nullũ promiſſiõis ſed excutiõis tãtũ verbũ cõtinet, ſic & cũ iudex ita pronũtiat, cẽtũ Titio ſolue vel ſol-

a l. nonnunquam infra de condi. & demõſt.

b auten. ſi quando

c d. l. præſes.

d d. l. præſes & l. ſeq.

e d. l. in ſumma.

f d. §. eum qui & d. autent. ſi quãdo.

uas, iubere quodámodo videtur, hinc rei reſtituendæ cō demnatum reſtituere iuſſum eſſe dicimus,[a] tamē nullum imperii verbum hæc ſententia cōtinet. Cum ergo iureconſultus ait,[b] iudicē in ſententia ſua iubere debere certam ſummam ſolui, dari, præſtarive, intelligendum eſt iuſſum non imperii verbo ſed executionis exprimēdum eſſe, vt ſatis non eſt ita ſententiam concipere. Condemno Titio Caium, ſed adiiciendum eſt verbum executionis, vt ſoluat, det, præſtet, aut quodcūque aliud verbum cuiuſcunque modi, quo ſolui oportere iudex ſignificet. Atque iuſſum hunc non imperii ſed executionis verbo concipiendum eſſe exprimit iureconſultus cum ait, ſoluique iuſſerit, vel præſtari, vel quo alio verbo (ſolutionē præſtationemve deſignante) hoc ſignificauerit. Poſtremo quoniam hoc verbum ſolue, ſoluas, tam imperii verbo quam executionis conuenire coniungique poteſt, veluti ſolue iubeo, vt ſoluas impero, in diffinitiua ſentētia quo res valeat intelligendum erit verbum cōdemno.[c] Quid igitur ſententia, vt pro diffinitiua ſimpliciter accipitur, quomodo concipienda, vt ea actiones accuſationeſque terminantur, vt per eam iuriſdictio (quæ proprie earum eſt) explicatur finiturque, ſatis, dum tamen illud adiecerimus, ſententiam continere do aut dico, prætoria verba,[d] quod de ciuili tantum ſententia intelligendum eſt. Nam prætor priuatis ciuilibuſque cōtrouerſiis dirimēdis tantū, non etiam publicis ſiue criminalibus præerat. Lata ſuper actionibus accuſationibuſve (quæ iuriſdictionis ſunt) ſententia diffinitiua, ſupereſt executio, quibus autem verbis fit, aut concipitur? Et manifeſtum eſt non niſi imperii, iubeo, impero, hodie mādatum facio, quare executionis pronuntiatum, cētum quorum condemnatus es ſoluito. I lictor capite mulcta, non niſi imperium iuſſumve dici poteſt. Decretum autem id pronuntiatum eſt, quod ſuper his quæ mixti ſunt imperii interuenit (in-

a l. qui reſtituere. ff. de rei vend.

b d. l. in ſumma.

c quoties. ff. de verbo. obl. gl. l. Titia. §. idē reſpōdit. eo. tit.

d ſup. cap. vii.

Digitized by Google

telligo de eo cui iuriſdictio ineſt) inde dictum quod de cauſſa , id eſt cauſſa cognita prætor cernat , id eſt cedat. Cernere enim cedere ſignificat , vt cum dicimus parentes filiis hereditatem cernunt, id eſt cedūt,quanuis & ex contrario filii parentum hereditatem cernere dicantur cum eam agnoſcunt. Et ſuperius retulimus[a] pronuntiata quæ ſuper huiuſmodi imperio interuenire ſolent, addictionem executionemque continere , ac pertinere ad prætorium verbum addico , cum ſententiæ (de quibus nunc dictum eſt) non addictionem , ſed ſimplicem cenſuram nudamque iudicationem cōtineant. Atque ex his intellige iureconſulti reſponſum tam ignoratum hactenus quam celebratum. Is ait,[b]vbi decretum neceſſarium eſt,per libellū id expedire procōſul nō poteſt,vbi rectiſſime libellum Budæus primum,[c] deinde Alciatus interpretantur eſſe, quam nos hodie requeſtam adpellamus. Sciendum eſt igitur, quæcunque huius imperii ſunt,pendere ex mero iudicis officio, aut certe actione in locum eius ſubſtituta ſubrogataque.[d]Officiū autem iudicis implorādum eſt,[e] nec illud noſtro iure quaſi actionem noſtram intendimus,proptereaque libellus ſupplex , id eſt requeſta offerri ſolet, in qua res factumque & concluſio ſupplicantis continentur. Nunc ait,vbi decretum, id eſt iudicis pronuntiatum quodcunque aliquid fieri iubētis, quod ex mero eius officio actiōis vice proficiſcitur, neceſſarium eſt &c. Neceſſarium autem eſt decretum in his omnibus quæ huius imperii ſunt,verbi gratia. Si ex cauſſa damni infecti caueri mihi poſtulem , quia nulla mihi actio ad id aduerſus vicinum prodita eſt,extra iudicium interpellans nihil ago,nec proinde in mora conſtituo,[f] nec niſi decreto iudicis præcedente cauere cogitur,cum igitur nihil agatur in damni infecti cautione , niſi decreto præcedēte,illud neceſſarium eſt : idque accidit in cæteris omnibus quæ mixti huius imperii ſunt . Sequitur,

a ſup.cap.xi.

b l.nec quicq̄.§. vbi decretū.ſup.de off.proconſ.

c Budeus in.d.§. vbi decretum.

d ſup.ca.xi.xii.& xiii.

e Doc.in.§.i.inſt. de act.Bart.in.l.i. ſup.co.

f l.cū poſtulaſſem de dam.infe. ff.

id per libellũ expedire proconſul nõ poteſt, id (inquam) in quo decretum neceſſarium eſt, procóſul per libellum expedire non poteſt, id eſt ad poſtulationem ſolius partis ſiue ad libellum ſupplicem nudamque requeſtã concedere proconſul non poteſt, ſed contradicto iure agendum eſt, quaſi actione quacunque propoſita. Sequitur ratio. Omnia enim quæcunque cauſſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt, omnia vero quæ huius imperii ſunt cauſſæ cognitionem deſiderant, nam ei iuriſdictionem ineſſe conſtat.[a] Igitur hoc reſponſo iureconſultus nihil aliud docet quam ea omnia quæ huius imperii ſunt, aut pro quibus merum iudicis officium actionis loco imploratur, cum ea cauſſæ cognitionem deſiderent, ad ſimplicem partis requeſtam concedi non poſſe, ſed contradicto iudicio obtinenda eſſe. Atque hic intellectus titulo maxime conuenit,[b] in quo de his quæ in proconſulis officio ſita ſunt agitur, quale eſt vniuerſum hoc imperium mixtum. Ac ſi diligenter animum aduertamus, iureconſultus diſerte ſententiæ, decretique verbis, iuxta ſupradictam eorum differentiam vti ſolet. Quid enim primum aut ſecũdum decretum?[c] quid decernere bonorum poſſeſſionem?[d] denique an non eodẽ reſponſo (vt alia prætermittam) tam de ſententia, quam decreto loquens his verbis vtitur? An quæ dixit, an quæ decreuit, nullius fore momenti?[e] nam verbum dicere, ad ſententias pertinere certum eſt,[f] decernere autem ad hoc imperium. Itaque pronuntiatum hoc quo ea quæ huius imperii ſunt terminantur ac conceduntur, decretum dicitur, dicitur & authoritas[g] (de qua inferius nõnihil amplius dicemus) iuſſus, & imperium.[h] Concipitur autem imperii iuſſuſque verbis, quæ ſententiam vitiant, vt iubeo damni infecti nomine Titius caueat, hodie vulgariter ordino vel mandatum facio. Cur autem ius dicenti permiſſum ſit in his quæ huius imperii ſunt pronuntian-

a hac.l.imperiũ.

b ſuſ.de off.procon.& leg.

c l.ſi finita.§.Iul.ʒ de dam.infec.l.qui dolo.ʒ.ad leg. Iul. de vi.pub.

d glo.l.i.&.iii.de bono.poſſ.ʒ.

e l.i.ſup.de of.ʒ

f l.dicere.ʒ.de a..bit.

g tot.ti.de bo.aut.iud.in princ.de fideicõ.hered.inſt.

h to.tit.de damno inf.l.fi.ʒ.neq.in loco publ.

Digitized by Google

do iubere atque imperare, potius quam ſuper actionibus aut accuſationibus, ſuperius dictum eſt. [a] Porro imperii mixti quod iuriſdictioni coheret pronũtiata, ex re ipſa imperia iuſſuſque adpellantur, mixtæ vero iuriſdictionis fere edicta, [b] quibus autem verbis concipiantur non multũ intereſt, cũ in ius dicentis officio poſita ſint.
4 Poſtremo interlocutio ex re ſimiliter ipſa hæc duo poſtrema ſignificat, quinimo & ad iudicia poſſeſſoria pertinet, [c] quod pendente proprietatis quæſtione, interim iudex alterum poſſidere debere dicat, loquatur, atque imperet.

a ſuſ.cap.xi.

b ſuſ.cap.xv.

c l.poſt ſententiã. C.de ſent.& interlocu.

1 Qui magiſtratus maiores minoreſve, & qui imperium poteſtatemve habere dicantur.

2 Falſum eſſe defenſores ciuitatum & municipales magiſtratus, minores eſſe.

3 Qui eſſent magiſtratus municipales.

4 Qui eſſent ciuitatum defenſores.

Caput decimumoctauum.

n

1 Vnc vero dicendũ eſt nobis qui magiſtratus maiores, qui minores adpellentur, agitãdaque nonnulla quæ ex hac noſtra poteſtatis imperiiq; declaratione pendent. Igitur quanuis re vique ipſa poteſtas & imperium eiuſdem ſignificationis eſſe videantur, [a] vſu tamen differunt, nam præter ea quæ ſuperius diximus, [b] poteſtas ſimpliciter, ac ſpecialiter, de imperio mero tantum dicitur. [c] Imperium autem tam de mero q̃ mixto æqualiter, verum cum ſimul vtrunque coniungitur, vt hic, qui poteſtatem

a l.poteſtatis.ſ.de verb.ſignifi.

b ſuſ.cap.iiii.

c vt in hac.l.imperium.

poteſtatem imperiumve habebit &c. [a] quia poteſtas imperium merum ſpecialiter dicitur, imperium eius genus non amplius niſi de mixto accipietur: quemadmodũ ſiquis dicat homo & animal ſentiũt, animalis verbum ad hominem non pertinet, ſed ad cætera tantum animãtia, per ea quæ ſuperius tradita ſunt: [b] itaq; cum maiores magiſtratus ii eſſe dicantur, qui poteſtatem imperiumve habent, [c] ii erũt qui merum imperium, aut mixtum cui iuriſdictio ineſt habent. Nam quod attinet ad mixtum illud imperiũ quod iuriſdictioni coheret, nullus propterea magiſtratus imperium habere dicetur, quia illud habeat. Omnes enim magiſtratus imo & priuati quicũque mandatam iuriſdictionem habent, imperium ſimul illud habẽt, pote ſine quo iuriſdictio nulla ſit, [d] quomodo autẽ habẽt? acceſſorie. At in iure haberi ea nõ dicimus quæ acceſſionis tantũ loco habentur, proptereaq; ſeruitutes nec in patrimonio noſtro, nec extra patrimonium noſtrum eſſe intelliguntur, quia nõ principaliter ſed acceſſorie tantum in patrimonio ſunt, [e] denique eum qui domum poſſidet ſingula tigna columnaſve poſſidere nõ dicimus, quia hæc per ſe non poſſidentur, ſed domus poſſeſſioni coherent. [f] Eadẽ igitur ratione magiſtratus imperium habere non dicetur, quia imperium quod iuriſdictioni coheret habeat, cum per ſe nõ habeatur ſed acceſſorie tantum. Quo fit vt magiſtratus ii demum imperium habere cenſeantur, qui merum aut mixtum cui iuriſdictio ineſt habent, iique maiores ſint, minores autem qui neutrum. Qui igitur illi ſint videamus. Et quidẽ hactenus traditum eſt, minores magiſtratus eſſe ciuitatum defenſores magiſtratuſque municipales, [g] quam quidem ego ſententiam ſatis mirari nõ poſſum, nam vel ſuorum ipſa authorum rationibus conuincitur. Tradunt enim [h] (quanuis falſo vt abunde probatum eſt) [i] imperium merum in accuſationibus verſari, ſignificareque cuiuſcunq;

a l. qui dolo ʒ ad leg. Iul. de vi pub. l nec magiſtratibus. ʒ de iniuriis.

b ſup. lib. i. ca. vii

c d. l. nec magiſtratibus.

d l. fi. ſup. tit. ii.

e gl. in verbo habẽtur ĩ prin. de re. diuiſ. inſt. per. l. 1. ʒ de vſuf. lega.

f l. cũ qui ædes. l. rerũ mixtura. ʒ. de vſucap.

z

g doct. in. l. i. ſupra tit. ii.

h gl. & oẽs doct. ĩ hac. l. imperiũ. Lẽgo. in rep. huius. l. zaſius in paralit. huius tit. Salomo. ĩ l. ſupra. tit. ii.

i ſupr. lib. ii. ca. ii. iii. iiii. v. vi. vii. viii

Digitized by Google

criminalis cauſſæ cognitionem exercitionemque: atqui & magiſtratus municipales, ſeruos ſaltē caſtigare, & defenſores ciuitatum leuia crimina audire, ſonteſq; plectere poſſunt, [a] ergo hi merum imperiū habent. At (inquient) non habēt maximum, aut maius imperium merū, vt de maximis aut maioribus criminibus cognoſcere poſſint, quid tum? nā præterq̄ quod de ſtolida illa diuiſione toto iuris ciuilis corpore ne litera quidē reperitur, nóne dicimus minores magiſtratus eos eſſe qui ſine imperio aut poteſtate ſunt? [b] At ſi vel minimum imperium minimamve poteſtatem quis habet, non eſt verum eum ſine poteſtate aut imperio eſſe: quando indefinita maxime vero negatiua vim obtinet vniuerſalis. [c] Poſtremo, aiunt ipſi, iureconſulti reſpōſum quo cauetur omnibus magiſtratibus exceptis duumuiris permiſſum eſſe, iuriſdictionem ſuam ſecundum ius poteſtatis ſuæ pœnali iudicio tueri, [d] de magiſtratibus municipalibus loqui. Aut igitur inepta eſt exceptio, aut oportet eos ius poteſtatis aliquod habere, & tamen penali iudicio iuriſdictionem ſuā tueri nō poſſe. Atqui poteſtas in perſona iudicis imperium eſt, [e] non ſunt igitur hi ſine poteſtate aut ſine imperio. Quid his rationibus apertius aut verius? & tamen nituntur manifeſtis iureconſultorum reſponſis: non ſunt igitur magiſtratibus municipales, nec defenſores ciuitatum, minores magiſtratus, qui igitur ſint exēpla ſubiiciemus, ſed prius q̄ magiſtratus eſſent municipales, qui defenſores ciuitatum expediemus. Sciendum eſt nō ſolum cum rerum ſumma penes populū eſſet, verum ea ab imperatoribus iam occupata ſolitum fuiſſe, vt ex Roma in ſingulas prouincias quæ Romano imperio ſuberāt, mitterentur qui prouincialibus ius redderent, hique ſi conſulares erāt prouinciæ, procōſules, ſi prætoriæ proprætores, ſi vero auguſtales, id eſt quas princeps ſuæ curæ ſpecialiter reſeruaſſet, principis legati adpellabātur: præ

a l.magiſtratus. ff. eo. §. audiēt in aut. de defenſo. ciuita.

b d.l. nec magiſtratus.

c l. reſcriptū. ff. de pact. l. qui filias. §. ſiqs ita. ff. de leg. 1.

d l.1. in prin. ff. ſi q. ius dice.

e d.l. poteſtatis.

Digitized by Google

ſes autẽ prouinciæ generale nomen eſt, hos omnes complectens.[a] Is igitur ſolus in prouincia vniuerſum imperium vniuerſamque iuriſdictionem quam omnes Romæ magiſtratus gerebant, ſuſtinebat.[b] Veruntamen quẽadmodum Romæ ſenatores erant qui non iuri quidem dicendo præerant, ſed conſtituendæ reip. curam gerebãt,[c] ita & in municipiis, id eſt oppidis quibuſq; prouincialibus decuriones erant, qui res negotiaq; municipalia adminiſtrabant,[d] vt adhuc hodie ſunt quos gentes de villa vernacula noſtra lingua adpellamus. Ex decurionum
corpore (vt & recte Longouallius tradidiſſe mihi vide- 4
tur)[e] duumuiri eligebantur, qui iuriſdictionem quantulamcunq; haberent, ii magiſtratus municipales dicebantur.[f] Nouiſſimis vero imperatoribus placuit, vt ſingulis ciuitatibus liceret, non ex decurionum tantum ordine ac corpore, ſed ex cæteris quoque ciuibus magiſtratum creare,[g] qui proprius ciuitatis magiſtratus eſſet. Iſq; ex re ipſa defenſor ciuitatis dictus eſt,[h] nam antea ciuitatis defenſor ſyndicus dicebatur.[i] De eo autem magiſtratu apud iureconſultos noſtros verbum nullum. Itaque magiſtratus municipalis generale nomen eſt, vt tam defenſores ciuitatum quam reliquorum oppidorũ magiſtratus contineat. Defenſor autem ciuitatis ſpeciale, quo ciuitatum modo nõ reliquorum oppidorũ proprii magiſtratus vocantur. Quæcunque igitur magiſtratibus municipalibus permiſſa ſunt, eadem ad ciuitatum defenſores pertinent non contra, vtrique autem hodie maiores noſtra lingua adpellantur. Itaque maiores ciuitatũ, defenſores ciuitatum, reliquorum vero oppidorum maiores ſpecialiter municipales magiſtratus adpellabimus. Conſtat autem hos non ſolum in ciuilibus iuriſdictionẽ atque imperium merum habuiſſe, ſed etiam in criminalibus,[k] quanuis hæc limitata ac præſcipta haberent, non igitur minores ſunt magiſtratus, nã minores hi ſunt qui

a l.i.ſup̃.de off.pſ;
b l. de omnibus. &.l.oia.ſup̃.eo.tit
c Bud. in annot.
d vt in titulo.de admi.re.ad ciuit.l. pupillus.§.decuriones.ff.de ver.ſigni.
e Lõgo.in.iii.parte rep. huius.l.imperium.
f l.fin.C.de iud.l. iiii.§. duas de damno infe.l.i.in prin. ſi q.ius dicẽ.ff. cum ſimilibus.
g l.i.de def.ciuita.
h tot.tit.maxime l.iiii.eo.tit.C.& in autent.eo.tit.
i l.fi.§.defenſores ff.de munc.& hon.
k d.l. magiſtratus ff.eo. &.§. audiẽt.I aut,de defen,ciuit.

Digitized by Google

a d.l.nec magiſtratibus.

ſine imperio aut poteſtate ſunt.[a]

1 Falſum eſſe omnes magiſtratus præter cóſules, cenſores,& prætores,minores eſſe.
2 Qui olim maiores minoreſve magiſtratus dicerentur,& qui hodie dicantur.
3 In magiſtratu imperium tãtum, iuriſdictionem tantum,aut vtrunque,aut neutrum eſſe, & qui eorum vtrunque,alterum,aut neutrũ habent.
4 Aediles curules iuriſdictioné ſine imperio habuiſſe.
5 Quæſtores neutrum.
6 Cum quæritur an magiſtratus in iusvocari poſſit, quæ conſideranda ſint, declarataque tria Gellii capita.

Caput decimumnonum.

a Salomo.in.l.i. ſup.tit.ii,

1 T Radidit Marius Salomonius[a] omnes magiſtratus præter cóſules, cenſores ac prætores,minores eſſe magiſtratus,hoſque ſolos maiores eſſe. Verum id (pace illius dixerim) indiſerte nullaq; temporum ratione habita. Etenim minores magiſtratus eos eſſe fateatur neceſſe eſt,qui ſine poteſtate imperioque ſunt magiſtratus,[b] atqui an vrbi præfectus ſiue imperio ſit, qui ſolus omnium criminum cognitionem animaduerſionemque Romæ habet?[c] Id quod imperium merum etiam maximum cum cæteris ipſe adpellat, an ſine poteſtate ſit qui ſolus Romæ mulctandi capite, deportatione, in metallum datione, relegationeque poteſtaté habet? Denique Salomonii error hacvel vnica ratióe cóuincitur. Si præfectus vrbi minor eſt magiſtratus, in ius vocari etiá dũ in magiſtratu eſt poteſt,[d] at is non poteſt,[e] non eſt igitur

b d.l.nec magiſtratibus.

c l.i.ſuþ.de offi. præfec.vrbi.

d d.l.nec magiſtratibus.

e l.ii.§.de i iusvo.

minor magiſtrat⁹. Sciendum eſt itaque, populo primiſ- z
que imperatoribus rerum imperio potiētibus, magiſtra
tus omnes habitis prius auſpiciis creari ſolitos fuiſſe, id
que lege duodecim tab. cautum erat,[a] qui autem maiori
bus auſpiciis, iis videlicet quæ comitiis centuriatis ca-
ptabantur creati eſsent, maiores magiſtratus dicebātur,
ii autem conſules cenſores & prætores erant,[b] vrbi præ
fectus nullus tum erat, nec de eo magiſtratu iureconſul-
tus quidq̃ meminit, vbi antiquos magiſtrat⁹ refert,[c] mi-
nores autem dicebantur qui minoribus auſpiciis, id eſt
iis quæ decuriatis tantum comitiis captabantur, creati
eſſent.[d] At iureconſultorum noſtrorum temporibus nul
lis prius nec auſpiciis nec comitiis habitis, magiſtratus
ab imperatoribus deferri ſolebant. Itaque quemadmo-
dum hac ratione lex Iul. ambitus ceſſauit,[e] ita quoque
maiores minoreſve magiſtratus ab auſpiciis quæ nulla
erant adpellari deſitum eſt, eoſq; maiores dici cœptum
eſt, qui imperium poteſtatemve haberent, minores qui
neutrum.[f] id eſt, qui nec imperium merum nec mixtum
cui iuriſdictio ineſt. Itaque qui maiores minoreſve ma-
giſtratus dici poſsint nos ex ſequentibus exemplis pau-
cis intelligemus. In magiſtratu alii iuriſdictionem & im
perium habent, alii imperium tantum, alii iuriſdictionē
tantum, alii neutrum, iuriſdictionē & imperium habēt, 3
vt præfectus vrbi, is enim omnium criminum cognitio
nem (quæ iuriſdictionis eſt) & executionem (quæ impe
rii meri eſt) habet,[g] Prætor in rebus ciuilibus eodē mo-
do & iuriſdictionem & imperium habet. Conſules vero
olim quidem & iuriſdictionem & imperiū habuiſſe ini-
tio certum eſt,[h] iureconſultorum vero noſtrorum tem-
poribus, quod ad iuriſdictionem attinet, manumiſſioni
bus, adoptionibus, emancipationibuſque tantum præ-
fuiſſe puto,[i] quæ tamen mixti imperii cui iuriſdictio
ineſt, eſſe diximus,[k] habēt igitur & hi imperiū, ſimili-

a Cicero lib. iii de legib.
b Gellius lib. xiii. cap. xiiii. noct. atti.
c in. l. ii. ſupra de orig. iur.
d Gell. d. l. xiiii.
e l. i. ſ. ad leg. Iul. de amb.
f d. l. nec magiſtra tibus.
g l. i. ſup. de offic. præf. vrb.
h d. l. ii. ſ. exactis.
i l. i. ſupra de con ſuli.
k ſupra cap. xii.

Digitized by Google

ter & præfectum vigilibus iuriſdictionem & imperium quãuis præſcripta ac limitata habere conſtat.[a] Sunt igitur iis omnes maiores magiſtratus, In prouintiis, earum præſides omnimodam iuriſdictioné & quodcunque imperium habent.[b] Legati eorum & iuriſdictionem & imperium tam merum in ciuilibus videlicet, quã mixtum habent.[c] Nam nec damnare criminis reos nec exequi poſſunt,[d] Magiſtratus municipales iuriſdictionem ciuilium cauſſarum habent, ſed ad quam vſque ſummã nó ſatis mihi conſtat, habent & earum executionem & ſic imperium, quod inde conſtat quia in criminalibus cauſſis, in quibus de caſtigandis modice ſeruis agitur, non ſolũ iuriſdictionem, ſed & imperium merum habẽt.[e] Defenſores ciuitatum, iuriſdictionem in ciuilibus vſque ad trecentos aureos habent,[f] ſimiliter & merum imperium, quod inde conſtat, quia leuiorum criminum non ſolum cognitionem verum etiam animaduerſionem habent.[g] Habẽt igitur & hi imperiũ nec proinde dici poſſunt minores magiſtratus,[h] quãuis imperium mixtum cui iuriſdictio ineſt, nec magiſtratus municipales, nec defenſores ciuitatum habeant.[i] Itaque in ius vocari dum magiſtratu abierint non poſſunt,[k] Imperium tantũ habebãt olim quidem capitales illi triũuiri, nam (quẽadmodum ſuperius retulimus,)[l] nullam iuriſdictioné, ſed animaduerſionem tantum habebãt. In iure noſtro vix (opinor) ſimiles reperias, ſiqui tamẽ vſq̃ ſint, erũt & ex maiorum magiſtratuũ numero, quia videlicet imperiũ habent. Iuriſdictionem tantum habent ædiles curules, nam ii exercitionem tãtum duarum actionum redhibitoriæ, & quãto minoris habent,[m] at latam a ſe ſententiam exequi nõ poſſe inde colligimus, quod nullum adparitoré eos habuiſſe Gellius refert.[n] Et certum eſt adparitorum opera miniſterioque iubentibus imperantibuſque magiſtratibus executiones rerum iudicatarum fieri. Nã ſi vt rei

a toto tit. de offi. præfec. vigilib.
b l. de omnibus & l. omnia ſupra de off. præſid. pro.
c ſ. cap. xxiiii.
d l. ſolet. ſupra de offi. proconſ.
e l. magiſtratus infra eo.
f §. & iudicare de defenſ. ciuita. in autent. Coll. iii.
g §. audient eo. ti.
h d. l. nec magiſtratibus.
i ſupra cap. xiiii.
k l. ii. de in ius vo. infra.
l ſup. cap. v.
m toto titu. ſ. de edil. edict. & C. de edilit. act.
n Gelli. libr. xiii. cap. xii. & xiii.

iudicatæ ſatiſfiat, pignora capienda diſtrahẽdaque ſint, non ea magiſtratus ipſe faciet, ſed adparitorem facere imperabit. Rerũ igitur ab ædilibus iudicatarum executiones, ad maiorem magiſtratum (& puto prætorem) referri credendum eſt. Nec nouum id aut inſolitum quiſquam iudicauerit. Nam huiuſmodi executiones ad maiores magiſtratus referri ſubinde, apud imperatorem legimus,[a] quãuis nõ tam conſtet qui magiſtrat⁹ eſſent qui iudicandi tantum facultatem, non iudicatum etiam exequendi poteſtatem haberent, quam fuiſſe certum eſt. Cũ itaque ædiles curules iuriſdictionem tantum ſine imperio habeant, minores ſunt magiſtratus.[b] At (inquies) vaſa maiora (inquit Iuuenalis) Frangere & iniquas menſu- 4
ras (inquit Perſius) poterant, quemadmodum & iurecõſultus refert eos in via publica poſitos lectos cõcidere,[c] ergo imperium habent, cum hæc ſint executionis. Hæc ſane poterant, at non inde conſequens eſt imperium eos habere, nec ſupradicta vllius imperii aut iuriſdictionis ſunt, ſed nudæ adminiſtrationis de qua ſuperius dixi-
mus. Hæc vero faciebant ipſi, nõ autem fieri imperabãt, 5
potiuſque adparitoris opera quã imperantis magiſtratus authoritate fungebãtur. Et ſuperius retulim⁹,[d] magiſtratus imperiũ non verſari in reali executione, vt ma giſtratus ipſe quid faciat, quinimo vt iuſſu ſuo, præcepto, verbo, imperio, atque authoritate fieri iubeat. Rurſum nec iuriſdictionem nec imperium habent quæſtores, ii enim magiſtatus ſunt, vt ex Gellio & iureconſulto adparet,[e] eorum autem officium erat, vt pecuniã publicam ſiue fiſcalem quærerent, omneſque fiſci debitores quacunque ex cauſſa exigerent. At nec mulctam alicui dicere certareve, nec debitores fiſci condemnare, nec condemnatum exequi poterant, ſed hæc omnia ad maiores magiſtratus referebant, ſiue Romæ ſiue in prouinciis quæſtores eſſent.[f] Hui⁹ ordinis ſunt: & quæſto-

a l. properãdũ. §. ſinautem reus. C. de iudic. §. ſi vero etiam quidã in autent. de exhib. re. §. ſi vero apud in autẽt. de litiſcõteſt.
b d. l. nec magiſtratibus.
c l. item quæritur §. ſiquis menſuras ĩfra locati. l. lectos infra de peri. & cõmo. rei.
d ſupra cap. xi.
e Gell. d. cap. xiii. l. i. ſupra de offici. quæſi.
f [illegible]icitat. §. i. ſupra de offici. pſi. proui.

res illi principis cādidati, qui principalibus libris in ſenatu recitandis vacabāt.[a] Hi igitur qui vel iuriſdictionem tantum, aut qui nec iuriſdictionem nec imperium habent, minores magiſtratus ex iureconſultorum noſtrorum ſententia dicendi ſunt. Itaque in ius etiam dum in magiſtratu ſunt vocari poſſunt. Cæteri qui merū imperium aut mixtum cui iuriſdictio ineſt, habent, nō poſſunt, quia maiores magiſtratus ſunt.[b] Verum hoc amplius animaduertendum eſt, cum quæritur an magiſtratus in ius vocari poſſit, diuerſa quoque tempora conſiderāda eſſe. Iure noſtro inſpiciendum eſt vtrum maior ſit magiſtratus, qui videlicet imperium poteſtatemve habeat, an minor qui neutrum, vt hic in ius vocari poſſit, ille nō poſſit.[c] Antiquo autem iure vt cum iudicia ſub populi primorumque principum imperio agitarentur, non idē inſpiciendum erat, nam tribunus plebis nec imperium, nec poteſtatem, nec iuriſdictionem vllam habebat, vt & Marcus Varro docet,[d] nec maior magiſtratus erat, vt Meſſala tradidit,[e] & tamē in ius vocari nō poterat quia 6 præhenſionem habebat.[f] Sed illud inſpiciendum erat, an magiſtratus vocationem præhenſionemve haberet, vt qui horum vtrumque aut alterum haberet, in ius vocari non poſſet, etiam ſi minor magiſtratus illo iure diceretur, qui neutrum, poſſet.[g] Omnes autem magiſtratus qui imperium merum aut mixtum habebant, in ius vocationem habebant, id eſt viritim vnūquēque ad ſe venire iubere poterant, quod ſi iuſſus non veniſſet præhendi iubebatur. Nam qui vocationem habent & præhē ſionem. Cæteri qui imperium non habebant, vocationē non habebant, præhenſionem tamen habere poterant, vt tribuni plebis qui proprium viatorem habebāt, quare in ius vocari non poterant.[h] Itaque antiquo iure maiores magiſtratus dicebantur, qui maioribus auſpiciis creabantur, minores qui minoribus, noſtro qui imperium

a d.l.ii.
b d.l.nec magiſtratibus.
c d.l.nec magiſtratibus.
d Gell.li.xiii.c.xii
e Gell.cap. xiiii.
f d.cap.xii.
g d.cap.xii.
h d.cap.xii.

Digitized by Google

rium merum aut mixtum cui iuriſdictio ineſt habent, antiquo iure in ius vocari non poterant qui vocationem aut præhenſionem habebant, etiam ſi minores magiſtratus illo iure dicerentur. Noſtro qui imperiũ poteſtatéve habẽt, id eſt ſoli maiores magiſtratus. Atque ita iureconſultorum noſtrorum doctrina, triaque illa Gellii capita hactenus fortaſſe vtraque paucis intellecta, declaranda ſunt.[a] Et merito maiores magiſtratus ab exequendi poteſtate dicti ſunt. Nam ius dicentium poteſtas maieſtasque non in iudicationibus, ſed executionibus conſiſtit vt alibi traditum eſt, [b] eadem ratione qua & populo maieſtatem, poteſtatem, imperium, iuſſumque attributa eſſe ſequenti capite dicemus.

a Gell.lib.xiii.ca.xii.xiii.xiiii.& .l. nec magiſtratibus ℐ.de iniur.

b ſup.lib.i.ca.vii.

1 Cur poteſtas populi, ſenatus autem authoritas eſſe dicatur.

2 Authoritatis verbum quid ſignificet.

3 An conceſſa iuriſdictione merum & mixtum imperium concedi videantur.

4 Conceſſio generalis quomodo intelligenda, declarataque. l.i. cum ſuis contrariis. C. de ſent.paſſ.& reſt.

5 Reſolutio An iuriſdictione a principe cuicunque dono data, donari videatur imperiũ merum ac mixtum.

Caput Viceſimum.

Væſtionis eſt igitur, cur ſenat⁹ authoritas, populi vero poteſtas dicatur, deinde an cõceſſa iuriſdictione imperium merũ cõcedi videatur? [a] Prioris diſſolutio. Cũ vita functo Romulo (inquit Liui⁹), [b] certamẽ regni 1

a doct.i hac.l.imperium.

b Liuius lib.i. ab vrb.condita.

ac cupido patrum animos verſaret, regnumque iam oc cupaſsent ipſi:plebs autem fremeret multiplicatam ſeruitutem,centūq; pro vno dominos factos eſſe,viſque tū patribus a plebe, tum ciuitati ab externis timeretur &c. Cum ſenſiſſent(inquit)ea moueri patres, offerendū vltro rati quod amiſſuri erant,ita gratiam incunt, ſumma poteſtate populo permiſſa,vt non plus darent iuris quam detinerēt,decreuerūt enim vt cum populus regē iuſſiſset,id ſic ratum eſſet,ſi patres authores fierēt,hodie que in legib⁹ magiſtratibuſq; rogandis vſurpatur id ius vi ademptū,priuſq̄ enim popul⁹ ſuffragiū ineat,in incer tum comitiorū euētū patres authores fiūt. Tū interrex cōcione aduocata. Quod bonum,fauſtū,fœlixq; ſit (inquit) Quirites,regē create,ita patribus viſum eſt: patres deinde ſi dignum qui ſecundus a Romulo nūeretur crearitis, authores fiēt,hæc ille. Populus autē regē Numam iuſsit, patres authores fuere.Poteſtas executionis verbū eſt,authoritas autē cōfirmationis,& qua quod actum geſtumve erit nititur,quæ denique vim robur ac ius actui quib⁹ alioqui deſtitueretur,tribuit. Summa igitur poteſtas populo permiſſa eſt,quia creandi etiam eligendiq; regis facultas ei data eſt,authoritas autem patribus reſeruata , quia ea electio non alias rata fuit , quam a ſenatu confirmata adprobataque , vt hinc adparet patres deinde ſi dignum & cætera.Itaque non plus iuris populo patres dederunt quam detinerent ipſi, quia decretum erat quod populus geſſiſſet feciſſetve,ratum ita demum eſſet,ſi a patribus adprobatum:popul⁹ regem Numam iuſſit,id eſt de facto(vt dici ſolet)creauit,patres authores fuerunt,id eſt ratam electionem habuerūt & cōfirmauerunt.Hodieque in legibus (inquit Liuius) magiſtratibuſque rogandis vſurpatur id ius vi ademptum, id eſt quod populus patribus vi ademit, nempe vt populus ipſe exequeretur ac faceret quæcunque publice

agenda gerendaque eſſent, priuſquam enim populus ſuf
fragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres
authores fiunt, id eſt non ſolum poteſtas ſiue executio in
rege eligendo populi eſt, ſenatus autem authoritas, nam
& hodie priuſquam populus rogetur vt legem ipſe ſan-
ciat, aut vt magiſtratum quemcunque creet, patres au-
thores fiunt, in incertum comitium euentum, id eſt pro-
bant confirmátque quod populus geſſerit antequam ge
ſtum ſit, quamuis incertum ſit eis, an & quid populus ge
ſturus ſit. Ex ſuperioribus igitur conſtat, eorum omni-
um quæ publice gerēda eſſent, executionem populi fuiſ-
ſe, atque ideo facti, executionis, viſque cuiuſdem verba
ei attribuuntur, poteſtas, imperium, iuſſus, maieſtas.
Hinc popul' iubere, imperare, ſciſcere dicitur, hinc &
populi plebiſve ſcitum. Itaque ſumma poteſtas populo
data eſſe dicitur, quod rei omnium ſummæ faciendæ at
que exequendæ, nempe creandi regis, facultas data illi
fuerit. Authoritatem vero ſenatus fuiſſe quod quæ popu
lus geſſiſſet, non alias rata eſſent, quam ſi ſenatus aut ge
ſta adprobaſſet, aut gerēda decreuiſſet. Ideoque delibe-
rationis, conſilii, confirmationiſque verba illi attributa
ſunt, hinc ſenatus cenſere, decernere', ſenatoꝛ ſenten- z
tiam dicere, ſenatus conſultum & authoritas. Nam au-
thoritas præter alias ſignificationes quas elegantiſſime
doctiſsimeque (vt omnia) Budæus adnotat, [a] confir-
mationis verbum eſt, vnde tutorum & curatorum au-
thoritas, [b] qua non accedente quidquid pupillus adul-
tuſve geſſerit ipſo iure nullum eſt, [c] & rei iudicatæ au-
thoritas qua executio nititur. [d] Et in lege duodecim ta
bularum, authoritas pro vſucapione accipitur, quod ea
lege quamlibet longi temporis vſucapio dominiū non
transferret, [e] vt hodie, ſed poſſeſſionem tantum, ſiue
rei vſum, quam quidem poſſeſſionem ea lex ita tueba-
tur, vt poſſeſſori non magis res auferri poſſet, quam ſi

a Bud. in. l. Herēs nius ℈. de emct.

b vt in rub. de autho. tuto. ℈. cum ſimilibus.

c l. ſi curatorē habens. C. de in inte. reſtit.

d l. ex ſtipulatiōe C. de ſent. & iterlo.

e Gell. lib. xvii. Alcia. in. l. quæſtio ℈. de verb. ſignifi.

f l. vſucapio. ℈. de vſucap. l. traditionibus. C. de pact.

Digitized by Google

idem dominus fuiſſet. Et merito poteſtas populo permiſſa, Senatui autẽ authoritas reſeruata, populus enim facto, executione, vique gaudere vtique, vtique ſolet. Senatus autem conſilio iudicioque regitur. Quoniam vero princeps in populi vicem locumque ſucceſſiſſe traditur, [a] quæcunque ipſe facit, ea iubere dici poteſt, cũ vero eadem a ſupremis curiis confirmantur, Curia author eſſe dicetur. Ciuili enim animo principes ferunt, iuſſa ſua ab ſupremis ſuis curiis vel confirmari vel infirmari, prout e re populi ipſiuſque principis eſſe videtur, nec curiarum authoritatem defugere aut aſpernari ſolent, quæ principalis animi præcipua virtus eſt. [b] Itaque pro his quæ vulgariter dicimus, Rex dedit gratiam & remiſſionem criminis Titio, Titium conſiliarium fecit, curia integrauit, dicemus eleganter & cum antiquæ dictionis maieſtate, rex Titium noxæ exemptum iuſſit, conſiliarium iuſſit, curia author fuit. Eodem modo dicem⁹ Rex Do. Gulielmũ Poyetiũ & vltro & merito Cãcellariũ ſuũ iuſsit, ſuprema Pariſiorũ curia illico author fuit, pro eo quod vulgariter dici ſolet Rex creauit eũ Cãcell. curia integrauit. &c. vt quæcũq; populo verba olim cõpetebãt, principi, quæ vero Senatui, curiæ adſcribam⁹. Alteri⁹ quæſtiõis vulgata reſpõſio eſt, vt cõ
3 ceſſa iuriſdictiõe imperiũ tũ merũ tũ mixtum concedi videatur, [c] id eſt cauſſarum omnium etiam criminalium exercitio, (id enim imperium merum eſſe falſo putant) quamuis Iaſ. (vt parum acri iudicio homo fuit) futilibus argumentis adductus contra cenſuerit. [d] Primum (inquit) conceſsa iuriſdictione, legis condẽdæ poteſtas non tranſit, quæ eſt meri imperii, ergo conceſſa iuriſdictione imperium merum tranſire nõ videtur. Verum vt rationib⁹ eius ſingillatim reſpondeam, errat dupliciter. primum falſum eſt legis ſanciẽdæ poteſtatem vllius imperii eſſe, [e] deĩde quod & ſi meri imperii eſſet paralogiſ-

a l.i.ſuꝑ.de cõſti. princip.

b l.digna vox. C. de legibus.

c doct. in hac.l. imperium.

d Iaſ. in.d.l. imperium.

e ſuꝑ.li.i.ca. ii, & J.cap.prox.

mo tamen fallitur, negata enim ſpecie non eſt conſequēs genus negari. Deinde ait. Conceſſa iuriſdictione cū verbo pleniſſima, aut omnimoda trāſit merum imperium, [a] ergo ſimpliciter conceſſa iuriſdictione illud ſimul concedi nō videtur. Atqui cum princeps iuriſdictionē concedit, quia eius beneficium latiſſime interpretādum eſt, & pleniſſimam & omnimodam concedit. [b] At (inquit) hoc reſponſum [c] locum habet vbi princeps motu proprio quid donat, ſecus ſi rogatus, atq; in eam diſtinctionem (quæ falſiſſima eſt) imperatoris conſtitutionem de ea re verbum nullum facientem citat. [d] Hoc igitur reſpōſum quia generaliter loquitur generaliter intelligēdum eſt. [e] Rurſum reſpondet, & quidem (vt ſibi videtur) ſubtilius, ſupradictū reſponſum verū eſſe, niſi publicæ vtilitati derogetur, atqui an in propoſita ſpecie publicæ vtilitati derogetur quæſo? quid hoc dicto ineptius? Si cū princeps iuriſdictionem donat id donare videtur, vt priuatarum cauſſarum in quibus actio vertitur ius dicatur, an publice vtile ſit cauſſarum criminalium cognitionē non tranſire, cum maleficia puniri reip. potius interſit, quam priuatas lites diſtrahi, quæ ideo publica iudicia adpellari alibi docuimus? [f] Aut ſi magiſtratus ſint qui iura reddant, qui crimina puniant, an reipublicæ quicquam derogetur? Poſtremo ait. Etiam ſi princeps iuriſdictionem ita concedat. Omnem iuriſdictionem Titio comiti &c. in territorio eius tribuo, concedo, aut dono, non tamen merum imperium aut mixtūm tranſire, quoniā (inquit) ſignum vniuerſale omnis, non de pluribus ſpecie ſed numero tantum differentibus prædicatur. [g] Adpoſite, inepte igitur iureconſultus ait. [h] Omne ius vel ad perſonas, vel ad actiones vel ad res pertinet, hæc enim ſpecie non numero differūnt. Imo vero ſi quid verba prædicari & ſubiici proprie, aut certe quemadmodum etiam Accurſius tradidit [i] ſignificent, ſciſſet, intellexiſſet tantum ab-

[a] l. ſi in aliquā. §. cū pleniſſimā. ſup. de off. pcōſ. gl. clemēt. i. i verbo omnimodam de foro comp.

[b] l. beneficiū. ſup. de conſt. princ.

[c] d. l. beneficium.

[d] l. ſiquādo. C. de operi. pub.

[e] l. de precio. ſ. de publ. in rem act.

[f] Iſago. cap. vi.

[g] Bald. in. c. quāto de iud. ex.

[h] l. i. ſup. de ſtat. homi.

[i] gl. l. i. §. i. ſſ. ſi q. ius dicen. non obtēp.

eſſe ne dictio omnis nó niſi de numero differétibus prædicari poſſit, vt fere huiuſmodi prædicatio impoſſibilis ſit. Quid enim hac oratione ineptius aut magis falſum? Papinianus & Sceuola ſunt omnes iureconſulti, hic autem dictio omnis de pluribus numero tantum differentibus prædicatur, aut certe dictio iureconſultus vniuerſaliter:nam ſignum tãtum prædicari impoſſibile eſt.Sed hæc ad logicos pertinẽt, ridenda enim id genus doctores produnt,cum profeſſionis ſuæ fines egrediuntur,intra quos tamen ſeſe continere nequeunt, etiam ſi publica lex hominum naturaque continet, hoc fas, vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.Longouallius [a] autem Iaſonis errorem ſecutus eſt,ſed nouis adeo rationibus adductus,quibus etiam ſingillatim reſpondebimus. Primum (inquit) mandata a proconſule iuriſdictione imperium merum non tranſit,falſo iurecõſulti reſpoſum citat, [b] ita enim habetur,legatum proconſulis mãdata iuriſdictione animaduerſionem non habere, alias enim imperium merum mandata iuriſdictione procõſulis legatus in rebus ſaltem ciuilibus habet,[c] ſed pergamus.Imperiũ merum id eſt cauſſarum criminaliũ cognitio (inquit Longouallius)mandata iuriſdictione a proconſule nó trãſit, ergo conceſſa a principe iuriſdictione non tranſit ſimiliter.Argumentum hoc nec adpoſitum eſt,nec quæſtioni conueniens:neque enim ſequitur proconſul mandare non poteſt merum imperium, ergo nec princeps dare. Nam magiſtratus imperiũ merũ a lege ſpecialiter datum habet,[d] ac proinde alteri dare ei prohibitũ eſt,[e] non mirum igitur ſi dare non poteſt, cum ſit ei prohibitum, quemadmodum enim prohibitus alienare nullo modo nec alienare, nec obligare poteſt, [f] ita magiſtratus merũ imperium mandare non poteſt,nec generaliter nec ſpecialiter,[g] quia mandare prohibitus.At princeps iuriſdictionem & quodcunque imperium,tum generaliter tum

[a] Lõgoual.in.iiii. parte repet.l.imperium.

[b] l.i.§.qui mãdatam.ſup,tit.ii.

[c] ſ.ca.xxiii.

[d] d.§.qui mandatam.

[e] d.l.i.in prin.

[f] l.fi.C.de reb.alie non alie.

[g] d.l.i.in prin.cõiũcto.§.q mãdatã.

ſpecialiter, tum ex cauſſa tum ſine cauſſa, meroque arbitrio cuicunque donare poteſt, nec lege aliqua, nec quocũq; alio iure donare prohibetur, nec lex ne donet prohibere illum poteſt qui ſupra legem eſt, [a] quẽadmodum prohibere proconſulem, aut quemcunque magiſtratum poteſt. Claudicat igitur vtroque pede hoc a ſimili argu- 4
mẽtum, neque enim vllo modo ſimiles ſunt princeps & procõſul, aut quiuis alius magiſtratus. Altera eius ratio eſt. Conſtituto generaliter ab epiſcopo officiali, inquirendi corrigendique poteſtas non tranſit, ſed ſpecialiter eam mandari oportet.[b] Reſpondeo, non eodem modo iuriſdictionẽ concedere poteſt epiſcopus, quo princeps, nos enim de donanda a principe iuriſdictione cuicunq; duci, comiti, boroni loquimur, quam epiſcopus nullus ita donare poteſt. At decretalis epiſtola illa de conſtituendo magiſtratu loquitur. Deinde dico lõge diuerſa hæc eſſe plurimumque inter ſe diſtare. Conſtituo Titium officialem meum, & Titio iuriſdictionem meam mando. Nam hæc verba conſtituo Titium officialem meum, neque iuriſdictionem, neque merum, neque mixtum imperium ſignificant. At verbum iuriſdictionis hæc omnia ex propria ſignificatione complectitur.[c] Itaque illis verbis non videtur inquirẽdi corrigẽdique poteſtas data, quãuis inquirere in facinoroſos meræ iuriſdictionis, nulliuſque ſit imperii. Verbo autem iuriſdictionis data videtur non ſolum poteſtas inquirendi, maxime vero cum meræ ſpecialiterque ſumptæ iuriſdictionis ſit, verum etiam vtrunque imperium, niſi forte epiſcopo cõſtituenti ſpecialiter ei datum eſſet, vt videlicet ipſe exerceret nõ exercendum mandaret.[d] Atque ita conceſſionis verba diligenter inſpicienda ſunt,[e] quorum ſignificationi de integro etiam in odioſis ſatiſfaciendum eſt.[f] An eadẽ ſint, Titium in integrum prouinciæ ſuæ reſtituo, & Titio indulgeo, admiſſi veniã do, noxæ exemptum iubeo? non

a l.princeps.ſſ. de leg.
b c.licet de off.vi ca.in.vi.
c ſup.cap.ii.
d d.l.f.
e l.non aliter.§.de leg.iii.
f l.cũ lege de teſt.§

ſane,nam illa conceſſione,ea omnia reſtituũtur quæ Titius condemnationis tempore habebat, honores,bona, patria poteſtas, dignitas , &c. [a] quæ eſt ratio? ſane quia cum verbum reſtituo in integrum pleniſſimá habeat ſignificationem, [b] non prius in integrum reſtitutus intelligi quis poteſt, quam ea omnia quæ deportationis tem pore habuit reſtituta ſint,hac vero cõceſſione Titio indulgeo &c.nec honores,nec patria poteſtas, nec bona, reſtitui intelliguntur , [c] quia verbum indulgeo hæc præciſe non complectitur, nam etiam ei indultũ eſſe dici po teſt , cui vel ſola deportationis pœna remiſſa ſit . Itaque generalis huiuſmodi indulgentia . Deportatis omnibus indulgemus,veniam damus, noxæ eximimus, deportationis tantum pœnam remittit,bona,honores,dignitatem, famamque non reſtituit.[d] At hæc,deportatos omnes in integrum reſtituimus,omnia reſtituit. [e] Quorum argumento hæc cõceſſio, Titius officialis meus eſto,gra uiora maioraque illa non cõtinebit, vt inquirere & corrigere officialis poſſit,nam etiam ſine his conceſſioni ſa tiſfactum eſt , & expleta eſt ſignificatio dictionis officialis. At hæc iuriſdictionem meam do, continebit & iuriſdictionem & vtrunque imperium , nam alioqui iuriſdictionis ſignificationi nõ erit ſatiſfactum, hæc enim omnia proprie ſignificat.[f] Poſtrema eius ratio eſt,merũ imperium lege ſpecialiter datur,[g] at quæ ſpecialiter exprimenda ſunt,non veniunt generali conceſſione.[h] Reſpõdeo,verum eſſe merum imperiũ lege dari ſpecialiter ma giſtratibus,at non principi,nec valet argumentum,nam inde conſequens eſſet principem non poſſe ne ſpecialiter quidem merum imperium cuicũque donare, niſi ex cauſſa abſentiæ aut ſimili,nam non alias quæ ſpecialiter lege dantur concedi poſſunt,[i] at quis hoc dixerit ? Propterea quod dicimus in generali conceſſione, &c.intelligendum eſt de cõceſſione illa quæ fit verbis non id de quo quæ-

a l.I.C.de ſentẽtia paſ.& reſt.

b l.videamus. ff. de vſur.

c l. generalis.l. ſi pater.l.in inſulã.C de ſen.paſ.& reſt.

d d.l.generalis &c.

e d.l.i.

f ſup.cap.ii.

g d.§.q mãdatũ.

h l.obligatione.ff. de pign.c.fi.de of. vic a.in.vi.

i d.l.i,ſup.tit.ii.

quo quæritur ſignificantibus, vt iam dixi, vt cum ita dico, Titius officialis aut vicarius ſit, officialem, aut vicarium eſſe non ſignificāt inquirere poſſe, at cum ita dico, iuriſdictionem meam do, iuriſdictionis verbum ſignificat, & merum & mixtū imperium, nec dicitur hæc conceſſio generalis quo ille ſenſu accipit, ſed eſt totius cuiuſdam conceſſio, in quo partes ſiue ſpecies cōtineri oportet,[a] iuriſdictionis autem ſpecies ſunt, iuriſdictio ſpecialiter ſumpta, merum & mixtum imperium. Quare nullas vires ſimiliter habet quod deinde Longouallius ait, in generali conceſſione nequaquam illa venire quæ non eſſet quis veriſimiliter conceſſurus.[b] Nam hæc generalis conceſſio non eſt iuriſdictionem dono, deinde & ſi eſſet princeps tamen veriſimiliter imperium merum daturus fuiſſe creditur.[c] Denique hæc conceſſio eſt, omnia bona mea Titio obligo, ea non continétur illa omnia quæ in vſu neceſſario ſunt oppignerantis, vt ſupellex, mancipia neceſſaria, cōcubina filii naturales.[d] At hæc donatio, omnia bona mea do aut vendo &c. omnia omnino continet nullis exceptis, nos autem de donanda iuriſdictione quærimus. Ad iureconſulti autē reſponſum[e] quo communis opinio nititur reſpondet Longouallius, verum eſſe principis beneficium latiſſime interpretandum eſſe, cæterum principem nullum beneficium cuiquam conferre cum iuriſdictionem donat. Nam (inquit) perſonale minus eſt, ac onus cui iudicandi neceſſitas ineſt,[f] grauarique hac munificentia donatarium potius quam honorari ait. Reſpōſionem hanc vehementer miror. An nō vel delegatus iudex alieno beneficio ius dicit?[g] quod ſi delegata cuiquam iuriſdictione beneficium cōferri intelligitur. quanto magis dono data? aut ſi onus potius eſt quam beneficium cur infamibus iudices eſſe non eſt per miſſum.[h] Nam hi vt honorem dignitatéve ſuſtinere non poſſunt,[i] ita onera detrectare non poſſunt.[k] Non igitur

a l. ſemper in generalibus. & l. in toto ſ. de reg. iur.

b d. c. ſi.

c d. l. beneficium.

d d. l. obligatione cum ſeq.

e d. l. beneficium

f l. fi. §. iudicādi. ſ. de munerib. & ho.

g l. more maiorū. ſ. eo.

h l. cū ſ̄tor ſ. de iud. l. i. ſ. ad leg. Iu. de vi priu.

i l. ii. de digni. lib. xii. C.

k l. relegatorū. §. fi. ſ. de interd. & releg. gl. l. i. §. in autē & ſ̄tor. ſ. de poſtu.

beneficii loco duceret Lōgouallius ſi eum princeps vel ampliſſimo magiſtratu nō dicam apud eum ornaret honoraretve,ſed oneraret. Verum hoc illi a me ioco dictū ſit. Atqui nos (opinor) omnes lōge aliter ſentimus, nec eſt quiſquam tam ingratus qui nō vel mediocres honores magiſtratuſq; ſibi deferri ſummorum beneficiorum loco ducat,qui cotidie videmus cuiuſcunque territorii iuridicos magno conflictu contendere, nequid iuriſdictioni ſuæ detrahatur,territoriaque omnia multo pluris æſtimari,quæ iuriſdictionem habēt.Nec patronus quiſque vehementiori beneficio cliētem demereri,quam iuriſdictionis donatione creditur, nec cōtra cliens arctiore vinculo obligari ſe poſſe putat. Non igitur ſatis vehementes ſunt Iaſ. & Longouallii rationes vt a communi calculo deficerent. Cum itaque quæritur,an iuriſdictione cuicunque a principe dono data, imperium merum tranſeat, quo ſenſu hactenus merum imperiū pro cauſſarum criminalium cognitione acceptum eſt, dubium ea quæſtio nō habet,nam huiuſmodi cognitionem proprie ſpecialiterque ſimplicis meræq; iuriſdictionis nulliuſque imperii eſſe docuimus.[a] Cenſueruntque in propoſita quæſtione antiqui rectius quam ſentirent,& forte fortuna ignorantia in veritatem incidit. Sed quærēdum eſt an iuriſdictione,verbo(inquam)iuriſdictionis donata,imperium merum id eſt exequendi poteſtas tranſeat, nam conſtat conſules ſententiæ dictionem de capite ciuis Romani, non tamen exequendæ poteſtatem habuiſſe.[b] Et ſane reſponderem imperium quodcunque tranſire,antiqua ratione, quia iuriſdictio ex propria vi verbi & iuriſdictionem ſpecialiter ſumptam, & imperium tum merum tum mixtum ſignificat,[c] quanuis ea ſignificatio latiſſima ſit, nam beneficiū principis latiſſime interpretandum eſt,quod a diuina eius indulgētia,id eſt mera liberalitatē proficiſcitur,[d] ſiue ad preces, ſiue motu pro-

a ſupra cap.xvi.
b l.ii.§.exactis.ſupra de orig.iur.
c ſup.cap.ii.
d d.l.beneficium.

prio conferatur. Nam vt Iaſonem [a] errare intelligas, qui reſpóſum hoc locum tunc demum habere tradidit, cum princeps motu proprio quid donat, nó facit motus proprii clauſula vt beneficium amplius aliquid maiuſve cótinere videatur, ſed hoc tantum ne obiici poſſit principi obreptum fuiſſe.[b] Nam & captoriæ inſtitutiones quæ mutuis officiis iudicia prouocauerunt, non minus deferunt quam penitus ſpontaneæ motuque proprio inſtitutiones factæ:[c] vtriſq; enim integram hereditatem deferri neceſſe eſt.[d] Deniq; in odioſis etiam de integro explenda eſt ſignificatio verbi,[e] multo igitur magis in fauorabilibus.[f] Quare iuriſdictionis verbo conceſſa donatave iuriſdictione vtrunque ſimul imperiũ concedi donarive intelligitur, cum iuriſdictio omnia hæc propria vi ac ſignificatione contineat.[g]

a Iaſ. in hac. l. imperium.
b gl. c. ſi motu proprio de pb. in. vi. gl. cle. ſi Romanus cle. eo. ti. in
c l. captatorias. ff. de hered. inſt.
d l. ius noſtrum. ff. de reg. iur.
e l. cum lege. ff. de teſtam.
f l. cũ quidã. ff. de libe. & poſthu.
g ſup. cap. ii.

1 An legis condendæ poteſtas imperii meri ſit.
2 Quæ dicantur in conſuetudinibus noſtris alta, media, & baſſa iuſticia.

Caput viceſimumprimum.

Oſtremo de his quæri ſolet, an legis concedédæ poteſtas imperii meri ſit?[a] Deinde quid contineant in cóſuetudinibus noſtris alta, media, & baſſa (quam vocant) iuſticia. Sciendum eſt Alciatum, Longouallium & zaſium rectiſſime exiſtimaſſe legis ſanciendæ poteſtatem neque imperii, neque vllius iuriſdictionis eſſe, hæc enim forenſia verba ſunt, pertinentque ad magiſtratum quaſi ius inter partes contradicto potiſſimum reddentem. At cum lex ſancitur, nullæ partes eſſe, nec actor nec reus intelligi poſſunt, alioqui faciendum eſſet legem non omnes tenere, nam res inter alios acta, aliis præiudicium nullum adfert.[b] Itaque cum in condendæ legis

a Barto. & alii in hac. l. imperium.
b l. ſæpe cõſtitutũ eſt. ff. de re iu. rub. res inter alios acta. C. l. leges. verſ. ſed etſi. C. de legib.

negotio nec partes, nec iudex, nec iudiciũ eſſe poſſunt, legis ſanciendæ poteſtas nullius neque imperii, neq; iuriſdictionis erit. Idque ridiculum eſt quærere, nuſquam enim neque apud iureconſultum imperatoremve, neque apud alium quemcunque idoneum authorem reperias, imperio cuiquam adſcribi ferendæ legis poteſtatem, ſed principali authoritati. Similiter nec naturales filios legitimos efficere, nec natalibus aut famæ reſtituere, nec veniam ætatis, aut aureorum annulorum ius dare, nec id genus cætera quæ principis tantum ſunt, vllius imperii vlliuſve iuriſdictionis ſunt, ſed principalis authoritatis. Nam imperium (inquam) & iuriſdictio iudiciaria foreſiaque verba ſunt. Qua ratione ius poteſtaſq; legitimum certũq; modiorum, heminarumque modum, reliquaſque omnes menſuras ponderave præſcribendi, nullius neque imperii neque iuriſdictionis dici poteſt, ineptumque eſt quod in pleriſque conſuetudinibus cautũ eſt, habere pondera & menſuras mediæ iuſticiæ ſpeciem eſſe: [a] id enim eſt meræ ſimpliciſq; ac nudæ adminiſtrationis, de qua nonnihil ſuperius dictum eſt,[b] nec cum princeps aut quiuis dominus eiuſve officiales menſuras pódera ve præſcribunt, ius inter partes actorem ac reum reddunt. Quod ad alterum attinet. Sciendum eſt vernacula noſtra lingua verbum iuſticiæ ſignificare tam cauſſarum cognitionem quam rerum iudicatarum executionem. Nam & iudicem iuſticiam feciſſe dicitur, cum de cauſſa cognouit, ſimiliter & cum executus eſt, nam vulgariter de eo iuſticia fieri dicitur, in quem animaduertitur. Significabit igitur alta iuſticia, ſummum ius quale conſules habebãt, vt videlicet capitis ſententiam ferre liceat, & ſummam poteſtatẽ, id eſt capitalis etiã ſententiæ exequendæ facultatem, qualem dictator habuiſſe traditur.[c] Erit igitur alta iuſticia, cauſſarum omnium criminalium iuriſdictio atque earundem iudicatarum executio.

a In cõſuetu. Meldẽſibus artic. ccix. trecẽſibus. ar. cxliii & aliis.
b ſuꝑ. cap. xiii. & cap. xix.

c l. ii. §. exactis. & §. poſt deinde, ſuꝑ de orig. iur.

Hic autem criminalem cauſſam (prout alibi tradidi) ſummo.[a] Media iuſtitia eadem ratione erit cauſſarum mediocriũ mediarumve cognitio & executio, quæ autem ſint mediocres cauſſæ?& putem ea omnia quæ mixti imperii ſunt ad mediam iuſtitiam pertinere, nã iuſtitiæ tres gradus tantũ conſuetudines noſtræ faciunt, ad primum non pertinent, nã is rei criminalis eſt, nec ad poſtremũ, baſsam videlicet iuſtitiã, quod inde colligim⁹, quia quæ huius imperii ſunt cui iuriſdictio ineſt, municipaliũ defenſorũq; ciuitatũ poteſtate ſuperiora ſunt,[b] ſunt igitur ea quæ huius imperii ſunt, & minora re criminali, & rei criminali proxima, reliquiſque puta actionibus ſuperiora, quare ad mediam iuſtitiam pertinebunt. Supereſt baſſa iuſtitia, & cũ in omnibus controuerſiis, aut res criminalis verſetur, aut ea quæ mixti imperii ſunt, aut poſtremo actio, cõſequẽs eſt dicere baſsam iuſtitiã ad actiones pertinere, ſed quærendũ an omnium actionũ quantacũque ſumma in eis verſetur, an vero ad aliquam tantũ ſummam exemplo defenſorũ ciuitatũ.[c] Et ſane huiuſmodi gradus videntur diuidi nõ ſecundũ quantitatem, aut ſecũdum plus aut minus, ſed ſecundũ differentias ſpecificas, at plus & minus non conſtituunt diuerſas ſpecies,[d] quare quẽadmodũ quodcunq; crimen ad altam iuſtitiam pertinet, ita quæcũque actio quantacunq; in ea ſumma aut res vertatur, ad baſſam iuſtitiam pertinebit, atque ita cẽſuerunt qui merũ imperium altã iuſtitiã, mediã mixtum, baſsam autẽ iuſtitiam iuriſdictionẽ adpellarunt: tãetſi quid imperiũ aut iuriſdictio eſſet nõ recte intelligerent. Verũ eadẽ fortuna in veritatẽ inciderũt, qua qui donata iuriſdictione imperiũ merum ſimul tranſire tradiderunt.[e] Nam quod ſentiebãt naturali ratione nititur, non tamen quod ſentiebant tradiderunt, quia id verba non ſignificant.[f] Alia igitur ratione iuriſdictionem cõſuetudines noſtræ diuiſerunt, alia ius ciuile. Conſue-

a Iſago.cap. ;

b l.ea quę ſ.ad municipa.§.nulla i fi. de defen.ciuita. in autent.

c §.& iudicare in autẽt.de defẽ.ciuit.

d l.fi.ſ.de fundo inſtr. & inſtr. leg.

e docto. in. hac.l. imperium & ſupra cap.prox.

f l.in ambiguo ſermone ĩfra de reb. dub.

tudines in altam mediam & baſsam iuſtitiam vt expoſuimus, ius autem ciuile in iuriſdictionem quæ eſt omniũ actionum accuſationumq; cognitio, in merũ imperiũ, quod ad rerum iudicatarũ tam ciuilium quam criminalium executiones, & mixtum imperium, quod, ad merũ iudicis officium loco actionis imploratum & quæ meri officii naturam actiões participant, pertinet, verum ne- quis doctorum noſtrorum, aut eorum qui reformãdis conſuetudinib⁹ præfuerant authoritate decipiatur, ſciẽdum eſt non omnia quæ a magiſtratibus fiunt iuriſdictionis aut imperii eſſe oportere, vt illos in hac parte grauiter erraſſe intelligas. Ea enim demum iuriſdictionis aut imperii ſunt quæ inter partes diuerſas actorem & reum fiunt, ſuntque hæc forenſia verba, at reliqua in quibus actor & reus intelligi non poſſunt, quãuis a iuridicis magiſtratibuſve fiant, non propterea imperii aut iuriſdictionis eſſe dici poſsunt, qualia ſunt tutoris datio, heminarum modiorumque modum præſcribendi poteſtas, ſed hæc ſimplicis adminiſtrationis ſunt. Nam in iuridicis ac magiſtratibus nõ ſolum iuriſdictio & imperium ſunt, ſed & ſimplex & nuda adminiſtratio. [a] Sed de his hactenus.

[a] vide ſupra cap. xiii. numero. iiii.

1 Eum cui iuriſdictio ſiue ſpecialiter ſiue vniuerſaliter mandata eſt, nihil omnino alteri mãdare poſſe.

2 Declaratur. l. i. infra quis & a quo, & l. cum prætor verſic. is quoq; infra de iudi.

3 Anteq̃ quis delegare poſſit duo eſſe neceſſaria, errare Iaſ. & Alciatum qui defenſores ciuitatum delegare poſſe tradũt, & falſum eſſe quod hactenus traditum eſt, iuriſdictionis propri-

um eſſe vt delegari poſſit.

Caput Viceſimumſecundum.

Vperius [a] quatuor ex iureconſulti reſponſo,[b] adnotata ſunt a nobis, quorum duo ſuo loco explicata ſunt, reliqua quoniam ampliorem latioremque diſceptationem requirūt, ne imperii meri tractatus interturbaretur, in calcem eius libelli relegata ſunt. Eorum prius eſt, eum cui mandata eſt iuriſdictio tum ſpecialiter tum vniuerſaliter, non ſolum cauſſam aliquam vnam ſubdelegare non poſſe, ſed ne cauſſæ quidem vel minimum articulum, quod quidem plane paradoxon eſt. Hactenus enim fere traditum receptumque eſt, delegatum ad vniuerſitatem cauſſarum poſse, ex delegatis quaſdam ſpecialiter alteri delegare. Et iterum, iudicem datum cui ſpecialiter cauſsa aliqua commiſſa eſt, poſse eius cauſsæ quęcunque articulum alteri mandare.[c] Ego vero vtrunque falſum eſſe aio, & profiteor, nec legatum (quo verbo diſerte vtar pro eo cui generaliter iuriſdictio mandata eſt) nec iudicem datum (quem rurſus eum adpello cui ſpecialiter iuriſdictio mādata eſt) quidquam ſubdelegare poſse. Primum,[d] eum qui iudicare iubet magiſtratū eſse oportet, at nec legatus nec iudex datur ſunt magiſtratus, ergo iudicare iubere non poſſunt: quare recte ab Accurſio traditum eſt,[e] priuſquam legatio teneat iudicē ordinarium eſse eum qui delegat oportere. Deinde,[f] is demum iuriſdictionē mādare poteſt qui eam ſuo iure non alieno beneficio habet, at nec legatus, nec iudex datus ſunt huius generis. Reſpondebunt fortaſſe legatum non poſse vniuerſalem iuriſdictionem generaliter prout ipſe ſuſcepit, alteri mandare, at certam aliquā cauſsam poſse, verum enim argumētum ex legis ratio-

a ſupra cap. vii.
b l. 1. §. qui mandatam ſupra lib. ii.
c doct. in. l. more maiorū & l. ſeq. ff. eo. docto. in. l. a iudice. C. de iudic.
d l. cum qui ff. eo.
e gl. in. d. l. cū qui.
f l. & quia. ff. eo.

ne adſumo,nempe [a] ideo legatum alteri mandare non poſſe,quia nec prĩcipaliter ei iuriſdictio data eſt,nec lex defert, Atqui nec legat⁹ nec iudex datus,nõ ſolum cauſſam aliquam, ſed ne articulum quidẽ cuiuſcunque cauſſæ principaliter, aut a lege delatum habent, ergo nihil omnino mãdare alteri poſsunt. Præterea, iudex datus iudicis dandi poteſtatem non habet, [b] at ſi vel minimum articulum mandaret iudicẽ daret, quod omnino hac cõſtitutiõe generaliter prohibetur. Ac vero ne quis hic ſubterfugiat, rationem legis obiicio, nempe iudicẽ datum ideo ſubdelegare non poſſe, quia iudiciario tantum munere fungitur, [c] quod inde adparet, quia quandocunque reuocari is poteſt, [d] nec proprium quidquã habet, [e] id quod etiam de legato verum eſt, vt nihil omnino proprium habeat, propterea que nihil omnino mandare poteſt. Poſtremo iudicem dare is demum poteſt cui id a lege ſpecialiter datum eſt, [f] nam id de genere prohibitorum eſt, at nulla lege ſpecialiter cautum eſt vt legat⁹ aut iudex datus iudicẽ dare poſſint, nullo igitur modo poſſunt. Denique ita demum mãdata iuriſdictio tenet ſi fiat cauſsarum ad delegantem pertinentium, quod ſi quis alienæ iuriſdictionis cauſsam (inquit) delegauerit nihil agit, [g] at quidquid legatus iudexve datus habent, alienæ iuriſdictionis eſt, ergo nihil mandare poſsunt. Quid his rationibus apertius aut clarius aut vehementius? & tamẽ Iaſon [h] nonnullis ex his reſpõſare nititur, ſed quoniam meras tantum nugas effundit nihilque textibus cõuenìens adfert, prætermittam, contentus interim quibuſdam textibus non dicam reſpondere (nihil enim aliud quam noſtram ſententiam confirmant) ſed vero ſenſui eos reſtituere. Primum itaque nituntur clementina conſtitutione, [i] deinde decretali epiſtola, [k] verum in vtraque non de quocunque legato agitur, ſed nominatim de iudice dato a ſede apoſtolica, itaq; hoc ipſo negãt

cæteros

a l.& quia ſ. eo.
b l.a iudice. C. de iudic.
c d.l.a iudice.
d l.ſolet ſuꝑ.de officio proconſ.l. iudicium ſ.de iud.
e d.§.qui mãdatã.
f d.l.cum prætor §.i.
g l.i.C.qui pro ſua iuriſdi.
h Iaſ.in.d.l. more & l.ſeq. & in.d.l.a iudice.
i cle.i.de offic. et poteſt.iud. delega.
k c.ſuper quæſtionũ §. nos autẽ co. tit. in autent.

cæteros iudices datos aliquid ſubdelegare poſſe.[a] Quare plane opinionem noſtram confirmant:nam iudicem a ſede apoſtolica datũ,cũ iudice a principe dato conferimus,quẽ certũ eſt ſubdelegare poſſe,[b] nos autẽ de ordinariorum iudicum legatis iudicibuſve datis diſputam⁹. Obiici etiam poſſet de proconſulis legato,[c] verum id ſpeciale in eo eſt vt ſubdelegare poſſit,de qua re proximo capite dicetur. Tum citant iureconſulti reſponſum hoc.[d] A iudice dato,id eſt ad ſpecialem cauſſam delegato ,ad eum qui iudicem dedit adpellandum eſt: hoc eſt quod dici ſolet,a delegato ad delegantem adpellandum eſſe,quod de delegato ad ſpecialem cauſſam intelligendum eſt. Sequitur. Ab eo cui quis iuriſdictionem mandauit,id eſt a delegato ad vniuerſitatem cauſsarũ , nó ipſe (qui videlicet mandauit iuriſdictionem) prouocabitur, quemadmodum in ſuperiori caſu :nã & generaliter(inquit)is erit prouocandus ab eo cui mandata eſt iuriſdictio,id eſt id generale eſt,vt a delegato ad vniuerſitatem cauſſarum , ad eum adpellandum ſit, qui prouocaretur (inquit)ab eo qui mãdauit iuriſdictionem,id eſt ad quẽ ab ipſo delegante adpellandum eſſet. Cedo vbi hic de ſubdelegandi poteſtate verbum vllum?an non is quem modo retuli veriſſimus totius reſponſi ſenſus eſt? quo nihil amplius ſtatuitur,quam a delegato ad ſpecialẽ cauſſã ad delegantem adpellandum eſſe , a delegato autem ad vniuerſitatem cauſſarum , non ad delegantem ſed ad ſuperiorem delegantis ordinarium iudicem, non aliter q̃ ſi delegans ſententiam ipſe dixiſſet. Atque ita quoque hodie vſu obſeruatur. Poſtremo obiiciunt alterum iurecõſulti reſponſum quo ita cauetur,[e] is quoque cui mandata iuriſdictio eſt iudicem dare poteſt,vt ſunt legati proconſulum,vnicum hoc argumentum vrget vehemẽtius. Sciendum eſt in principio eius reſpõſi ita ſcriptum eſſe, iudicem autem dare poſſunt quibus lege vel cõſtitutiõe

[a] d.l.cum prætor.

[b] d.l.a iudice.

[c] l.legatus ſup. de off.procon.& leg.

[d] l.i.in prin.&.§.i.ſ. qui, & a quo adpel.

Z

[e] d.l.cum prætor. §. is quoque.ide iud.

X

vel ſenatuſconſulto conceditur, lege ſicut proconſul,
deinde ſequitur, is quoque cui mădata eſt iuriſdictio iudicem dare poteſt, vt ſunt legati procóſulum: hoc verſiculo nó de quocunque legato agitur, ſed de eo demum cui ſpecialiter lege conceſſum eſt, vt iuriſdictionem mā dare poſsit, alioqui ineptum eſſet exéplū cum ſuperius dixerit iureconſultus, tantum iudicem dare poſse cui id lex ſpecialiter conceſsit, ac propterea ſpecialiter dixit, vt ſunt legati proconſulum. Nam id ſpecialiter eis conceſſum eſt lege,[a] cæteris legatis minime. Non igitur hi omnes quibus iuriſdictio mandata eſt iudicem dare poſſunt, ſed ii demum quibus id ſpecialiter lege conceſſum eſt, loquiturque ſpecialiter reſponſum hoc de proconſulis tantum legato. Itaque ex ſuperioribus intellige hactenus toto cælo erratum eſſe, cum citra controuerſiam ab omnibus receptum eſt, iuriſdictionis proprium eſſe, vt ipſa mandari poſſit, quod ex fine noſtri reſpóſi indoctiſſime colligunt, id eſt cauſsas oés quæ iure actionis expediuntur (id enim iuriſdictióis verbo contineri falſo putabant)[b] mādari poſse, & magiſtratum quécunq; cui huiuſmodi cauſſarū exercitio lege data eſt, vel a iudice mā data, poſse iuriſdictionem delegare, aut ſubdelegare. Adeo (inquit Iaſon) vt etiam minimi magiſtratus (quos
3 falſo municipales & defenſores ciuitatū eſse putát) huiuſmodi cauſsas mādare poſſint, quia (inquit)[d] iure ſuo nó alieno beneficio habent. Atqui hoc non ſufficit, duo enim ſimul neceſsaria ſunt, priuſquā iudex delegare quiquā poſsit. Prius vt id ſpecialiter ei lege cóceſsum ſit,[e] alterū vt iure ſuo ac propriā iuriſdictionem habeat.[f] Et omnino Iaſonis error, qué etiā Alciatus hactenus ſecutus eſt,[g] vt addubitauerit nóne etiam defenſores ciuitatū criminales cauſsas leuiores quarum executio eis conſtitucione data eſt,[h] delegare poſſint, expreſso iure conuincitur, quo conſtitutum eſt, ne defenſores ciuitatum,

a d.l.legatus.

b doct.in hac.l.imperium.

c glo.& doct.in.l.i.ſupra tit.ii.

d Iaſ.in.l.cum qui infra eo.

e d.l.cum prætor §.i.

f l. more maiorū.

g Alciat. parado. lib.ii.cap.i.

h §.audient in au tent.de defenſo. ci

Digitized by Google

ipſi aut rector prouinciæ legatos vllos conſtituant, qui defenſorum vice ius reddant,[a] non igitur iuriſdictionis proprium eſt, vt mandari poſsit, quinimo & iuriſdictionis & cuiuſcunque imperii proprium eſt ne mãdari poſſit, cum regulariter omnibus magiſtratibus interdicta ſit iure dandi iudicis poteſtas, niſi quibus ea ſpecialiter lege data ſit.[b] Illud autem non diffiteor eos qui delegandi poteſtatem habẽt, non niſi iuriſdictionem, id eſt cauſſarum cognitionem ac deciſionem mandare poſſe, merum autem imperium aut mixtum cui iuriſdictio ineſt non poſse, ſicut iã docuimus,[c] atque hoc ſenſu nõ quo doctores tradiderunt, verum eſse poſset iuriſdictionis proprium eſse vt mandari poſsit, ſed id tamen ex reſponſo noſtro colligi non poteſt. Poſtremo & ex præcedentibus colligi poteſt quæſtionis illius deciſio. An iudex cui delegare lege permittitur, cum poteſtate ſubdelegandi delegare poſsit?[d] Et manifeſtum eſt ita iuriſdictionem mãdari iudicemve dari non poſse. Cum delegato ſubdelegandi quæcunque poteſtas (vt iam probatum eſt) iure prohibita ſit. Ex his igitur ſatis (opinor) conſtat, nec legatum nec iudicem datum non ſolum ſpecialem aliquam cauſſam, ſed ne cauſſæ vel minimum articulum alteri ſubdelegare poſse, quod tamen in quibuſdam non procedit, de quibus iam videamus.

[a] d. autent. §. iuſiurandũ verſi. nulla. Coll. iii.

[b] d. §. i.

[c] ſupra cap. vii.

[d] doct. in d. l. a iudice &. d. l. more.

1 Iudicem a principe datum propriam habere iuriſdictionem, ideoque & ſubdelegare & exequi poſſe.

2 Idem de proconſulis legato in ciuilibus videlicet cauſsis, & quatenus in criminalibus poteſt, declarataq;. l. legati de offici. proconſu. ſupra &. l. cognitio ſupra titulo ſecundo.

3 Præfectum vrbi cui inquirendi cauſſarũ ve cri-

minalium poteſtas data eſt,eas ipſas delegare poſse exceptis quibuſdam, propriamque iuriſdictioné non delegatamtantum habere.

4 Cur eodem modocauſſas criminales delegandi facultas præſidi prouinciæ non, concedatur quo vrbi præfecto, declarataque. l. cum prætor infra de iudi.

Caput Viceſimumtertium.

ī

p Oſtremum igitur quod ex iurecóſulti reſpóſo[a] thema adnotauim[9],[b] hoc eſt. Siquis ſit forte legat[9] iudexve datus qui ſpeciali priuilegio quodá propriá iuriſdictioné habeat,poſſe eũ & ſubdelegare & ſententiá a ſe datam exequi. Qui igitur ii ſint videamus. Primum iudicem a principe datũ propriá iuriſdictioné habere ex ſequentibus manifeſtum fiet. Iuriſdictio omnis aut lege principaliter datur,aut alterius beneficio,[c] iudex a principe datus alteri[9] beneficio iuriſdictioné nó habet,propriá igitur habet. At(inquies)principis beneficio habet, verũ,ſed quod dicitur legatũ aut iudicé datũ,iudiciario tantũ mũere,alteri[9] partib[9],aut alteri[9] vice fungi, iuſve dicere,[d] intelligẽdũ eſt alteri[9] iudicis,[e] eius népe qui delegauit. Alioqui vel ordinarii quiq; propriá iuriſdictioné nullá haberent,cũ eá oés ab ipſo principe habeát. Si igitur iudex a principe datus alterius iudicis beneficio iuriſdictionem non habet, principaliter habet, quod veriſſimum eſt. Tum ſi quis principaliter iuriſdictionem ideo habere dicatur quia a lege habeat, lex autem dandæ iuriſdictionis poteſtatem ab ipſo prícipe habet, quáto is magis principaliter habebit qui ab ipſo principe habeat? Deinde quis magis principaliter habere poteſt, quá is qui ab ipſo príncipe iuriſdictioné habet?

a l.i.§.qui mandatam ſupra titu. ii.
b ſupra cap.vii.
c l. moré maiorũ infra eo.
d d.§.qui mandatam. d.l. more cũ l.ſeq.l. a iudice.C. de iudic.
e glo.d.l. more.

Poſtremo ſi is principaliter habet qui a lege iuriſdictionem habet, princeps autẽ lex animata eſſe dicitur,[a] qui a principe habet principaliter habere maxime dicetur, cũ ipſe ſupra legem etiam eſſe dicatur:[b] quod ſi principaliter ergo p ropriam.[c] Denique is ſolus iuriſdictionẽ mandare iudicéve dare poteſt qui propriam iuriſdictionem habet,[d] iudex a principe datus iudicem dare poteſt,[e] ergo propriam iuriſdictionẽ habeat neceſſe eſt. quod ſane verum eſt, imo vero magis propriam habet, quam ordinarii quicunque, nam hi a lege habere cenſentur, lex autem ab ipſo principe dandæ iuriſdictionis facultatẽ, hic autem ab ipſo principe ſtatim habet, proptereaque maior digniorq; quocunq; ordinario haberi ſolet.[f] Quod ſi propriam iuriſdictionem habet, recte a contrario ſenſu ſuperius concluſimus,[g] eum & ſubdelegare & latam a ſe ſententiã exequi poſſe. Quorum vtrunq; & verũ & iure expreſſum eſt.[h] Iudicem autẽ a ſummo pontifice datũ per omnia iudici a principe dato æquiparamus. Deinde proconſulis legatum propriam iuriſdictionẽ habere duplici reſponſo expreſſum eſt. Prius legati (inquit)[i] proconſulis propriũ nihil habent, niſi eis a proconſule mandata ſit iuriſdictio, igitur mandata iuriſdictione propriã eam habent. Cuius reſponſi veriſſimus ſenſus hic eſt. Cũ proconſul ſiue a populo Ro. ſiue a principe pro temporum ratione in prouinciam mittebatur, non ipſe cui iuriſdictionem ſuam mandaret legatum pro arbitrio eligebat, ſed a populo principeve eligebatur, vnaque cum eo in prouinciam mittebatur, cui tamen iuriſdictionem mãdare aut nõ mandare in proconſulis poteſtate erat:[k] verum ſicuti iuriſdictionem mandare ſive quem (vt hodie loquimur) locum tenentem creare vellet, huic omnino mandare neceſſe habebat, ſiue vnicus eſſet ſiue plures a populo principeve proconſulis legati eſſent, pro prouinciæ in quam proconſul mittebatur ratione. Itaq;

a ..§.ſi. in aut. de conſuli.

b l. digna vox. C. de legib.

c d. l. more maiorũ

d d. l. more.

e l. a iudice, C. de iudic.

f c. ſignificaſti. c. ſane de off. & poteſtate iud. deleg. doct. in rub. de offi. ordina. extra Alciatus parado. lib. ii. cap. xii.

g ſup. cap. vii.

h d. c. ſignificaſti, & d. l. a iudice.

z

i l. legati de off. proconſ.

k l. ſolet. eo. tit.

legatus ille illive ſi plures eſſent, [a] videbantur hoc ipſo quod a populo electi erant,& vna cum ſuo procóſule in prouinciam iuris dicendi gratia a populo vel principe miſſi, iuriſdictionem habere: hic tamen reſpondetur eos non prius iuriſdictionem habere, quam eis a ſuo procóſule mandata ſit, poſtea autem non ſolum iuriſdictionem habere, verum etiam propriam, nam quodammodo ab ipſo populo principeve habere, vt & proconſul ipſe videntur, non omnino proconſulis beneficio, [b] ſimileſque huiuſmodi legati quodammodo videntur ſubdelegatis prouinciarum, id eſt particularibus noſtris locorum tenentibus ſeneſchallorum vel bailliuorum, non eandem ciuitatem cum generali locumtenente habitantibus. Ex quibus intelligi poteſt cur proconſulis legatus iuriſdictionem propriã potius quam reliquorum iudicum legati quibus iuriſdictio mãdata eſt habeat, quia videlicet non ab ipſo delegante proprie, ſed ab eodem a quo ipſe delegans conſtitutus eſt, creatus eſt. Qua ratione intelligere debemus iudicem a principe datum propriam iuriſdictioné habere, nempe quia creatus eſt ab eo qui conſtituendo propriam dat iuriſdictionem. Qua denique ratione ſuſtineri poteſt, ſi quibus aliis procóſul iuriſdictioné mandaſſet, alioſve iudices re exigente dediſſet, q̃ qui ſecum in prouinciam miſſi eſſent, propriam eos iuriſdictionem nó habere. Alterum reſponſum eſt. [c] Cum propriam iuriſdictionem legatis tuis dederis &c. quod quidam ſic nonnulli intelligunt vt proconſul legatis iuriſdictionem mandet, non ita vt eorum propria fiat, ſed vt ſuam legantis propriam det, [d] verum recte inſpiciẽtibus ſenſus hic adparebit, vt legatorũ propria iuriſdictio fiat, qui & ſuperiori reſponſo [e] comprobatur confirmaturque. Habet igitur legatus proconſulis propriam iuriſdictionem. Eamque ob cauſſam quanuis proconſul mero quidem ac ſummo iure legatis ſuis mandatã iuriſdictio-

a vt in d.l.legati.

b argu.l.vnũ ex familia.§.1.J.de leg.ii.

c l.cognitio.ſup. tit.ii.

d gl.in.d.l.cognitio.

e d.l.legati.

nem adimere poſſit,[a] cum enim proconſul eos iudicare iuſſerit iuriſdictionemque mādauerit, poteſt eis pro arbitrio adimere, [b] tamē id incōſulto principe facere non debet. [c] Quoniam igitur proconſulis legatus propriam iuriſdictionem habet, & merum imperiū, id eſt exequendi poteſtatem habebit, [d] quod & Accurſius tradidit, [e] & ſubdelegare poterit, quod iure expreſſum eſt. [f] Id quod in ciuilibus cauſſis tantummodo verum eſt. Nam quod ad criminales attinet quatenus potuerit, iurecōſultus docet. Solet (inquit) [g] procōſul cuſtodiarum cognitionem mandare legato. Proconſul generaliter legato ſuo quod ad ciuiles cauſſas attinet iuriſdictionem mandat, criminales vero non niſi ſpecialiter & cum inciderint, delegare poteſt. Itaque proconſul in ciuilibus iuriſdictionem mandat, in criminalibus dat iudicē. Solet (inquam) procōſul cuſtodiarum, id eſt reorum qui carcere cuſtodiuntur, cognitionem mandare, cognitionem autem non iuriſdictionem dixit, hæc enim etiam ſententiæ condemnationiſque dictionem continet, tunc enim iudex ius dicit cum decernit fertque ſententiam, [h] cognitio autē excluſa proprie ſententia dicitur: itaque cognitionem ſolam mandare proconſul poteſt. Nam ſi reus cōdemnandus adparuerit, legatus proconſulis non ſententiam ipſe ferre poteſt, ſed ad ſuum proconſulem damnandum remittere debet: [i] propterea que iurēconſultus addidit, ſcilicet (quæ limitationis dictio eſt) vt legatus præauditas cuſtodias ad ſe (procōſulem) remittat, vt innocentē ipſe legatus liberet. Itaque duo proconſul mandat legato in cauſſis criminalibus. Prius eſt vt legatus reos audiat, litemque inſtruat, non autem reum condēnet, ſed ad proconſulem ſuum damnādum remittat. Alterum vt ſi reus criminis innocens eſſe illi adparuerit, non ſolum abſoluat eum, ſed etiam carcere vinculiſq; liberet, quod executionis eſt. Itaque abſolutionis ſententiā & ferre & exe-

a l.ſolet.ſuꝑ.de offic.proconſul.

b l.iudicium.§.de iudic.

c d.l.ſolet.

d l.i.§.qui mandatam.ſuꝑ.tit.ii.

e gl.in.d.l.cognitio.& i.d.l.ſolet.

f l.legatus.ſuꝑ.de off.proconſ.

g d.l.ſolet.

h l.pe.ſuꝑ.de iuſt. & iur.

i l.vnica.C.de off. proconſ.& leg.

qui poteſt, condemnationis autem nec ferre nec exequi. Sequitur, ſed hoc genus mãdati, hoc (inquam) vt innocentem liberet extraordinariũ eſt, id eſt præter iuris ciuilis regulas, nec enim poteſt quis gladii poteſtatem ſibi datam vel cuius alterius coercitionis ad alium tranſferre, nec liberandi igitur ius. Sic ratiocinatur ex cõtrariorũ natura, nullus magiſtratus delegare poteſt ius exequendi capitales ſententias, nec criminales quaſcunque alias condemnationes, ergo nec ius exequendi ſentẽtias abſolutionum, quare extraordinarium hoc mandatum eſt, vt procõſul liberandi reos ius mandet, non etiã damnandi aut exequendi, cum (inquit) apud eum (proconſulis inquam legatum) rei accuſari nõ poſſint, id eſt cum nemo criminis apud legatum procõſulis deferri poſſit, ſed apud proconſulem ipſum tantũ, apud quem reo delato, poteſtatis cauſſæ cognitionem inſtructionemq; mandare legato ſuo, nam vtrunq; aut neutrum mãdari poſſe videbatur ex ſubiunctiuorum natura. Quare diſerte iureconſultus dixit.[a] Nemo dicit legatum procõſulis animaduerſionem habere, id eſt criminalis cõdemnationis executionem, nam ei mandari poteſt vt abſoluat abſolutioniſque (ſi innocens reus illi adparuerit) ſententiã exequatur, at vt condemnet, cõdemnationemve exequatur, neutrum. Itaque proconſulis legatus in cauſſis criminalibus nullam, nec cognitionem, nec iuriſdictionem habet, niſi illi ſpecialiter mandata ſit. Et quidem hactenus (vt iam dictum eſt) iudex dari poteſt, vt litem inſtruat, nec condemnationis ferat ſententiam, ſed ſi reus nocens illi paruerit ad proconſulẽ ſuum remittat, lite inſtructa, ſin abſoluendus, abſolutionis ſententiam & ferat & exequatur. In ciuilibus autẽ negotiis omnibus iuriſdictionẽ generaliter & imperium exequendique poteſtatem habet. Atque hæc eſt legati proconſulis, iuris dicendi reddendique poteſtas. Vt igitur ad inſtitutum redeamus.

Cum

[a] l.1. §. qui mandatam. ſup. tit. ii.

Digitized by Google

Cum iudex a principe datus in cauſſis ſibi commiſſis,& procōſulis legatus in ciuilibus generaliter propriam iuriſdictionem habeant, & ſubdelegare & exequi poterūt. Quare non ſatis tutum mihi videtur, quod Alciatus tradidit,[a] merum imperium ideo delegari non poſſe a magiſtratibus,quia ii (inquit) tantum exercitationem eius delegatam habent,ius autē in ipſo principe reſidet, quæ ſentētia (inquit) iureconſulti ſententiæ adamuſſim quadrat,cum ait[b] errare magiſtratus qui cum publici iudicii exercitationem lege delegatam habeant &c. Hinc enim colligit magiſtratus in cauſſis criminalibus delegatos tantum eſſe a principe,propterea que earundem delegandarum ius illis non eſſe,verum hoc ſane loco multipliciter(bona eius venia dixerim)labitur.Primū quod merum imperium nil aliud quam cauſſarum criminaliū iudicandarum poteſtatem eſſe ait,nam id falſum eſſe ſuperiori libro ſatis probatum eſt.Deinde cum ait cauſſas criminales delegari non poſſe . Generaliter enim à præfecto vrbi delegantur: nam is (ad quem quidem omnia omnino crimina pertinent)[c] iudicis dandi poteſtatem propter vim imperii(vt iam dicetur)habet.[d] Tum iureconſultus ait ,[e] Et ideo errare videntur magiſtratus qui cum publici iudicii exercitionem habeant,ſpecialiter lege vel ſenatuſconſulto delatam,veluti (inquit) lege Iul. de adulteriis & ſiquæ ſunt aliæ ſimiles &c. Quibus verbis nonne manifeſte probatur,non omnes criminales cauſſas mandari non poſſe?ſed eas demum quæ publicorum iudiciorum ſunt, veluti legis Iul.de adulteriis , & ſiquæ ſunt ſimiles,quæ videlicet ſpecialiter lege conceſſæ ſint, vt publicorum iudiciorum leges ? Denique an cum ait, & ſiquæ ſunt aliæ ſimiles , non manifeſte probatur quaſdam tantum eſſe quæ mandari non poſſint , eas videlicet quæ ſpecialiter lege conceduntur?Non minus igitur criminales cauſſæ delegari a præfectovrbi poſſunt,quam

a Alcia.lib.ii.parado.ca.vi.

b l.i.ſuþ.tit.ii.

c ꝟ.l.i.ſuþ.de off.þf.vrb.

d l.cū þtor.ꝟ.de iudi.

e d.l.i.ſuþ.tit.ii.

Digitized by Google

ciuiles a prætore, ſed vterque ex æquo generaliter ſpecialiterque iuriſdictionẽ ſuam mandare poteſt, qua mandata a præfecto vrbi tranſibunt omnes cauſſæ criminales, quemadmodum a prætore, ciuiles, exceptis demum iis quæ ſpecialiter lege conceſſæ ſint, quæ exceptio in v-
a ſ.cap.proxi. troque ex æquo locum (vt iam dicemus) [a] habet. Tum
b d.l.cum prætor. præfectus vrbi dãdi iudicis poteſtatem habet, [b] quas igitur cauſſas delegabit niſi criminales, cum rei tantum criminalis iuriſdictionem poteſtatemve tãtum habeat, nec
c l.i.de off.pf.vrb. ex ciuilibus cauſſis adiri poſſit? [c] Poſtremo (vt redeamus) quod idem ait imperium merum delegari nõ poſſe ideo, quia magiſtratus illud tantum a principe delegatum habet, imo vero ſi a principe delegatum haberet,
d l.a iudice.C.de iudi. hoc ipſo eius mandandi poteſtatem haberet. [d] Denique quod innuit merum ſuum imperium, id eſt criminalium cauſſarum iudicãdarum poteſtatem magiſtratibus, quaſi delegatis tantum conceſſum eſſe, falſum eſt. Nam earum demum criminalium cauſſarum magiſtratui exercitio ſpecialiter lege conceſſa eſt, quæ publicorum iudiciorum ſunt, legis Iuliæ de adulteriis & ſi quæ ſunt ſimiles, ex quo conſtat quaſdam eſſe quæ illi ſpecialiter lege conceſſæ non ſint, eæ autem iure magiſtratus competẽt, aut certe ſiue ſpecialiter lege, ſiue iure magiſtratus conceſſæ ſint, ſequitur in iis omnibus non delegatum a prin-
e l.more.cũ l.ſeq. ſ.eod. cipe eſſe, ſed ius proprium habere. [e] Iam vero non obſtat
f d.l.i.ſup.tit.ii. iureconſulti quo nititur reſpõſum, [f] mẽdoſo enim exemplari deceptus eſt, nam in eo non delegatam exercitationem, ſed delatam exercitionem emendate legimus. Verum enim quod iam diſputatum eſt, cauſſas criminales tum generaliter tum ſpecialiter delegari poſſe, exceptis iis demum quæ publicorum iudiciorum ſunt, & ſi quæ ſunt illis ſimiles, quæ videlicet quemadmodum illæ ſpecialiter lege delatæ ſint, in ſolo vrbi præfecto verum eſſe puto, nam in prouinciis rei criminalis adminiſtra-

tio nem habent, aut municipales magiſtratus, & ii quidem modice caſtigare ſeruos tantum poſſunt,[a] aut defenſores ciuitatum & ii rurſum leuiorum criminũ exercitio nem & executionem habent.[b] Vtriſque autem nullam delegandi omnino poteſtatem eſſe docuimus.[c] Aut præſes prouinciæ, & is quidem omnium omnino criminum iuriſdictionem executionemque habet,[d] quatenus autem delegandi poteſtatem in his habeat ſuperius dictum eſt.[e] Quæ autẽ ratio eſt cur præfectus vrbi cauſſarum criminalium iuriſdictionem mãdare poſſit, præſes autem prouinciæ nõ poſſit? Propter vim imperii (inquit iureconſultus) iudicis dandi poteſtas ei cõceſſa eſt:[f] id eſt propter grauitatem multitudinemq; executionum quibus eum interuenire oportet.[g] Nam cum ipſe iudicandis rebus criminalibus iiſdemque exequendis vnus vtriſque ſupereſſe non poſſit, delegandæ iuriſdictionis poteſtas ei concedenda fuit, cum imperii meri ſiue executionis delegandæ poteſtas non tam facile cõcedi poſſit.[h] In rerum enim iudicatarum executionibus iuriſdictionis tota vis effectuſque atque adeo ius dicẽtis poteſtas, imperium, iuſſus, maieſtaſq; conſiſtũt,[i] quæ quidem ratio nempe vis imperii in præſide prouinciæ nõ habet locum, vt in præfecto vrbi. Neque enim tam frequentes ſentẽtiarum criminalium executiones fieri in prouinciis oportet, nec tam multis exẽplis opus eſt quam Romæ, vbi ſceleratorum infinita ſemper fuit multitudo.

a l.magiſtratus ſ. eo.

b §.audiẽt.in aut. de defenſo.ciuitat. col.iii.

c ſuſ.cap.xxii. & ſ.proxi.

d l.ſi in aliquam cũ.ii.ll.ſeq.ſuſ. de off.pcõſ.&leg.l.iii &.iiii.l. de oibus cũ.iii.ll.ſeq.ſuſ.de off.præſi.

e ſupra hoc cap.

f l.cũ pror.§.i.ſ. de iud.

g arg.l.ii.§.deide cũ eſſet.ſupra de orig.iur.

h l.i.§. qui mãdatã.ſupra ti.ii.Pau. Caſt.in.l.iubere cauere.ſ.eo.

i In rub.de re iud. & effec.ſentẽ.ſ. ſupra lib.i.cap. vi.& ſupra hoc lib.c.xix.

1 Reſoluitur vniuerſus delegationis tractatus.

2 Declaratur.l.i.ſupra tit.ii.

Caput viceſimumquartum.

Digitized by Google

1

a Alcia. lib.ii. parad.cap.i.

QVoniam autem Andreas Alciatus delegationis tractatum Lernæam Hydram merito vocari poſſe ait,[a] quod tot exurgat capitibus vt vna auulſa altera non deficiat, Siquis audacior eſſe velit, & a doctorum opinionibus deficere, iureconſultorum vero reſponſis adhærere, Herculem facile præſtabit, paucis his quæ ſequuntur axiomatibus rem totam complectens.

1 Magiſtratus null⁹ delegādi poteſtatem habet, niſi cui ſpecialiter ea lege conceſſa ſit, idque de genere prohibitorum eſt.[b]

b l.cū prætor.§.i. infra de iud.

2 Præfectus vrbi cui omnium criminum cognitio data eſt,[c] iuriſdictionem tum ſpecialiter tum vniuerſaliter mandare poteſt.[d]

c l.i. ſup. de offic. pf. vrb.
d d.l.cum prætor, & ſup. prox. cap.

3 Legatus eius aut ab eo iudex datus propriū nihil habet,[e] ideoque nihil exequi poteſt, ſed præfecti vrbi vice ius dicit, ac proinde nihil ſubdelegare poteſt.[f]

e l.i.§. qui mandatam ſup.titu. ii.
f l. more maiorū infra eo.

4 Prætor iuriſdictionem tum ſpecialiter tum vniuerſaliter mandare poteſt.[g]

g l.ſolet prætor ſ. eo.

5 Huius legatus aut iudex ab eo datus proprium nihil habet, ideoque merum imperium ſiue exequendi poteſtatem nullam habet,[h] ſed vice prætoris ius dicit, ac proinde nihil ſubdelegare poteſt.[i]

h d.§.qui mandatam.
i d. l. more & l. a iudice. C. de iud.

6 Erant & alii Romæ magiſtratus quibus ſpecialiter lege permiſſum erat delegare, qui autem ſint non ſatis conſtat,[k] referūtur & alii ab imperatore iudices,[l] quibus nulla delegandi facultas cōcedi videtur, ideoque prohiberi intelliguntur.[m]

k d. l.cū prætor.§.i.
l lib.i.C.
m d.§.i.

7 In prouinciis, proconſules (& idem de cæteris prouinciarū præſidibus arbitror) delegandi poteſtatem habent,[n] quod intellige vt ſuperius[o] declaratum eſt.

n d.§.i.
o ſupra.cap.xxiii.

8 Eorum legati propriam iuriſdictionem habent,[p] quare & merum imperium, id eſt ſententiarum a ſe latarum exequendarum,[q] & ſubdelegandi poteſtatem,[r]

p l.legatus ſup. de off.procō.l.cognitio ſup.tit.ii.
q d.§.qui mādatā a contrario ſenſu.
r d.§.i.&.l.legatus ſup. de offic. proconſ.&leg.

Digitized by Google

habent, quod de ciuilibus cauſſis tantum verum eſt.
9 Eorum ſubdelegati cum iure ſpecialiter nihil de illis cautum ſit, iure communi vtentur, vt nihil proprium habeant, nec proinde merum imperium,[a] & vice alterius ius dicant, quare nec ſubdelegandi poteſtatē habent,[b] alias enim ſubdelegandi nullus eſſet finis.
10 Iudices a principe ſummove pōtifice dati propriam habent iuriſdictionem, ac vice ſua ius dicunt, ideoque idem quod & de proconſulis legatis ſtatuitur.[c]
11 Magiſtratibus municip. defēſoribuſq; ciuit. delegare iure conceſſum nō eſt, itaq; nihil delegare poſſunt.[d]

Nunc quid tranſeat mandata iuriſdictione ab his quibus ſpecialiter mandare iuriſdictionem lege conceſſum eſt, videndum. Quoniam autem (vt ſuperiori capite tradidimus) iudices a principe dati, & procōſulis legati cæteris delegatis præferūtur, de illis primum expediemus. Igitur iudices a principe dati in cauſſis tātum delegatis ius habent, ſed proprium. Itaque in eis & ſubdelegare, & exequi poterunt. Proconſulis legatus mandata generaliter iuriſdictione in omnibus rebus ciuilibus propriā iuriſdictionem habet. Et ideo in his & delegare & exequi poteſt.[e] In criminalib⁹ autē, nullā, niſi ſpecialiter mandetur, atque hactenus mandari ei poteſt, vt reos ſi innocentes adparuerint, abſoluere & liberare poſſit, ſi nocentes, damnare non poteſt, ſed ad proconſulē ſuum remittit[f] multo minus exequi poteſt. Cæterorum omniū magiſtratuum iudices dati, cauſſas tātum ſibi delegatas decidere poſſunt non ſubdelegare aut deciſas exequi.[g] Poſtremus articulus eſt quid mandata iuriſdictione generaliter, ſiue conſtituto locum tenente ab illis cæteris magiſtratibus puta prætore aut præfecto vrbi tranſeat. Et ait iureconſultus. Quæcunq; ſpecialiter &c. In magiſtratu tria ſunt, iuriſdictio, imperium tum merū tum mixtum, & nuda adminiſtratio de qua nōnihil ſuperius[h] diximus,

a d. § qui mādatā.
b d. l. more.
c ſup. cap. ꝑced.
d § nulla in aut. de defenſ. ciuit.
e ſup. cap. ꝑced.
f ſup. de off. pcō.
g § qui mādatā. & d. l. more.
h ſup. capit. xiii. & cap. xx. in fi.

ad eam tutoris datio pertinet. Quæcunq; igitur ſiue ad iuriſdictionem,ſiue ad imperium,ſiue ad nudam adminiſtrationẽ pertineant,ſpecialiter conceduntur,&c Quæcunque magiſtratui competũt aut iure magiſtratus competunt,aut ſpecialiter ei lege data ſunt, legem autem hic generaliter ſumo, vt & ſenatuſconſultũ & principũ conſtitutiones complectatur. Iure magiſtratus ea cõpetunt quæcunq; ſub generali clauſula conſtitutionis cuiuſcunque magiſtratus continentur.Specialiter lege quicquam dari duobus modis dici poteſt. Priore cum in conſtitutione magiſtratus certa negotiorum genera nominatim tribuuntur.Ac de his exẽpla ſubiiciamus. Sit hoc ſtatutum,prætor cauſſarum omniũ ciuiliũ iudex eſto, is præterea liberale iudicium examinet,decreta interponat,in integrũ reſtituat,manumittat &c. Iure magiſtratus competunt quæcunque ſub generali illa clauſula continẽtur, prætor omnium cauſſarum ciuilium &c.ſequẽtia ſpecialiter dari intelliguntur,& q̃uis ea ipſa ſub generali clauſula alias continerentur, quia tamen in toto iure generi per ſpeciem derogatur,intelliguntur ſpecialiter non generaliter dari.[a] Sit & hoc ſtatutũ,præfectus vrbi,de omnibus criminibus ius dicat, idẽ legis Iuliæ de adulteriis, de vi publica,priuata,legis Corneliæ de ſiccariis,vel ita etiam.Idem omnium publicorum iudiciorũ iudex eſto, iure magiſtratus ea omnia cõpetũt quæ ſub illa generali conſtitutione continentur,præfectus vrbi &c.ſpecialiter autem ſequentia concedũtur,idẽ legis Iul.&c.ſunt enim certa negotiorũ genera in ſpecie illi conceſſa non in genere,iure igitur magiſtratus illa generalia cõpetũt,quaſi magiſtratus de quo agitur illis conſtitutus ac præfectus eſſe videatur,idque ius illius ſit ac propria veluti natura ac ordinaria,reliqua autem ſpecialiter quaſi ad eum magiſtratum de quo agitur non niſi ex ſpeciali conceſſione ac priuilegio pertineant & quodãmodo extra ordinem.

a l.in toto iure.ʃ. de regul.iur.l.talis ſcriptura.ʃ.de leg. i.l.ſanctio.ʃ.de pœnis.

Digitized by Google

Nuper regio edicto authore ſuprema parlamenti curia diſcretæ ſunt iuridicorum prouincialium (quos bailliuos aut ſeneſchallos adpellamus) & præfectorũ vrbium (quos præpoſitos dicimus) iuriſdictiones, quarũ magna inter eos controuerſia prius erat. Id edictũ (ſiquis recte conſideret) omnia ſpecialiter iuridicis tribuit, iure magiſtratus nihil, nam certa tantum negotiorum genera, nominatim ac ſpecialiter tribuit, generaliter nihil, idẽ præfectis vrbium plurima ſpecialiter etiã concedit, tum ſequitur generalis huiuſmodi clauſula, cognitio omnium rerum cauſſarumque perſonaliũ, realium, mixtarũ, omnium criminum, delictorum, quorum nulla ſuperius facta eſt mentio ad præfectos vrbiũ in prima inſtãtia pertinebit. Quæcunq; (inquã) ſub generali huiuſmodi clauſula continentur iure magiſtratus competunt. Verũ quæ iure magiſtratus quæ ſpecialiter conceſſa ſint, vix in iure reperias, nam fere magiſtratuũ conſtitutiones non habemus, quædam tamẽ adduci exempla poſſunt, [a] verum omniũ optimum eſt edictũ illud de quo nunc diximus. Altero modo ſpecialiter lege aliquid dari intelligitur, cũ de quocunq; negotio lex fertur, tum cui eius legis exercitio tribuatur, ſpecialiter aliquis magiſtratꝰ nominatur, vt ecce. [b] Diuus Marcus oratione habita legẽ tulit, in ea an & quando ſuper alimentis teſtamento relictis tranſigi poſſit ſtatuitur: tum prætor nominatur qui de huiuſmodi cauſſa cognoſcere debeat. Similiter lex de remouẽdo ſuſpecto tutore ſtatuta eſt, in ea quæritur an & quãdo, & quibus ex cauſſis tutor ſuſpectus ſit, & remoueri debeat, deinde lex ait, [c] damus autem poteſtatem remouendi ſuſpectos tutores Romæ prætori, in prouinciis earũ præſidibus, itẽ ſenatuſconſultũ factum eſt de ſeruis qua pœna adficiãtur cum dominus a familia occiſus eſſe proponitur, tum lex ait, prætor de huiuſmodi cauſſis cognoſcat. [d] Hæc (inquam) omnia negotia ſpecialiter lege conceſſa

a Iure magiſtratus vt in.l.i.ſup.de of. pfec. vrbi, ſpecialiter. vt in.l.i.C.co. tit.l.prori.C.de offic.præto.&c.

b l.cũ hi §.de trãſact.

c l.i.§.damus.ff. de ſuſpe.tuto.

d vt in.d.l.f.in fine princip.

intelliguntur. Poſtremo lex Iulia de adulteriis lata eſt,in ea qui in eam incidant, qua pœna teneātur ſtatuitur,tum ad quē eius legis exercitio pertineat, lex ſpecialiter magiſtratū nominat:atq; ita legis Iuliæ de adulteriis exercitionē ſpāliter lege delatā cōiicimus. [a] Eodē(opinor)mo

a d.l.i,

do aut omnium aut certe plurimarum legū quæ publici iudicii ſunt exercitio ſpecialiter,nominatoque certo magiſtratu cui contingeret delata fuit, verum eas leges deſideramus,fere enim nullas habemꝰ , quemadmodū nec prætorum edicta,ſed in ea iureconſultorum tātum enarrationes. Quæ ita igitur tribuuntur, ſpecialiter lege dari intelligimus, & hoc ipſo quod certus magiſtratus in eis nominatur,cæteris ne de illis cognoſcere poſſint prohibetur.[b] In cōſuetudinibus noſtris Caluimōtanis, & ple-

b l.cum ꝑtor.§.de iud.

riſque aliis,vbi de iuriſdictione agitur,ſpeciali quodam articulo cauetur,ne nobiles coram præpoſitis aut maioribus locorum conueniātur,ſed coram bailliuis ſuis. Ea igitur inter nobiles cognitio iuridicis ſpecialiter conſuetudine tribuitur.Poſtremo ſi pluribus magiſtratibus nominatis,aliquibus nominatim quid conceſſum ſit, & cæteris negatum , & illis ſpecialiter datum eſſe intelligo,-veluti ſit ſtatutum huiuſmodi, præfectus vrbi rei crimi[c]

c l.cū ꝑtor.§.de iudi.

nalis adminiſtrationē habeat,prætor ciuilis,ædiles redhibitoriæ & quanto minoris actiones habeant , & ſic de cæteris, deinde ſequatur , præfectꝰ & prætor poteſtatem exequendi habeant,atque ita forte imperium merū ſpecialiter lege datum eſt, locus enim eſt coniecturis tantū, cum leges ſuper his rebus latas Iuſtiniani beneficio deſideremꝰ.In propoſita igitur quæſtiōe reſpōdēdū eſt, mādata generaliter iuriſdictione ea oīa tranſire quæ iure magiſtratus competunt, quæ vero ſpecialiter lege dātur tranſire non poſſe . Sed hoc amplius quæritur quanuis mādata generaliter iuriſdictione q̄ ſpecialiter lege dātur non trāſeāt , an ea tamē ipſa mādari ſpecialiter poſſint?

Digitized by Google

Et conſtat ea ne ſpecialiter quidem mandari poſse,[a] niſi forte ex cauſſa abſentiæ aut ſimili.[b] Quid ergo ſi ita iuriſdictionem ſuam prætor verbi gratia mandet? Titio iuriſdictionem meam mando, ita vt de alimentis teſtaméto relictis cognoſcere poſſit: quam quidem cognitionem ſpecialiter lege dari dicimus, deinde cum prætor abeſſet quæſtio alimétorum inciderit, an prætoris legatus de ea cótrouerſia cognoſcere poſſit? reſpondendum eſt, delegatum cognoſcere non poſſe. Nam mandata iuriſdictione ea cognitio tranſire nó potuit,[c] cum ſpecialiter lege data ſit, nec ſub his verbis (ita vt de alimentis cognoſcere poſſit) contineri potuit ea res de qua nondum cũ mandaretur iuriſdictio, cótrouerſia eſſet.[d] Itaque quæ ſpecialiter lege dantur non niſi ex cauſſa & cũ occaſio ac præſens controuerſia erit, mandari poſſunt. Quid igitur mandata iuriſdictione legato proconſulis, aut iudici a principe dato, tranſeat, quid cæteris legatis mãdata iuriſdictione deferatur, dictũ eſt. Illud auté ſciédum, merum imperium, id eſt ſententiarum tam ciuiliũ quam criminalium exequendarum poteſtatem ſpecialiter lege dari, nam de ciuilibus etiam ſuperius[e] probauimus, quæ autem ea lex ſit, non conſtat, nec in iure forte reperias. Similiter & de mixto imperio cui iuriſdictio ineſt, conſtat mandari non poſſe, quoniam id totum ex mero iudicis officio pendere ſuperius docuimus, quod mandari non poteſt, itaque & ſpecialiter lege datum eſſe intelligimus cuius rei argumento etiam imperatoris cóſtitutio eſſe poteſt.[f] Quare cum de delegandi poteſtate agitur, nunquam niſi de iuriſdictione deleganda ſermo eſt, id eſt cauſſarum tam criminalium quam ciuilium cognitione, vtraque enim ex æquo mandari (ſicut tamen ſuperius tradidimus) poſſunt, de delegando auté mero mixtove imperio (cui videlicet iuriſdictio ineſt) nuſquã ſermo eſt, quia neutrũ (vt ſæpius dictũ eſt) delegari poteſt.

a l. cum ꝑtor ℈. de iudic.
b d. l. i. verſiculo quæ vero.
c d. l. i.
d l. item §. ſed ſi ita ℈. quod cuiuſcunq. vniuerſ. dictũ eſt ſup. cap. ix.
e ſupra cap. ix.
f l. ii. C. de ped. iudi.

Cauſſarum igitur tam ciuilium quam criminalium iuriſdictio mandatur, exceptis tamen his quæ ſpecialiter lege dantur, quæ exceptio tam in ciuilibus quã criminalibus locũ habet, nec minus criminales generaliter præfecto vrbi quam ciuiles prætori iure magiſtratus competunt, vterque autem ex æquo delegãdi poteſtatem habet.[a] Cum igitur de mandanda iuriſdictiõe agitur duo inſpicienda ſũt: prius an is de quo agitur delegandi poteſtatem habeat ſpecialiter ei lege datam, alias enim delegare nihil poteſt.[b] Alterum an id quod mandare vult ſpecialiter ei lege datum ſit, id enim non poteſt, quod ſi generaliter iuriſdictionem mandare velit, non tranſibũt quæ ſpecialiter illi lege data ſunt, quæ vero iure magiſtratus competent, tranſibunt, [c] niſi forte quædã ex his mandare ſpecialiter prohibeatur, veluti. Sit hoc ſtatutũ, Præſes prouinciæ omniũ cauſſarũ criminaliũ ciuilũque iuriſdictionem habeat, cauſſas tamen criminales iudicet ipſe, iure magiſtratus tam criminales cauſſæ quam ciuiles ei delatæ intelligentur, tamen criminales cauſsas iudicandas non delegabit. Atque ita fortaſſe præſes prouinciæ cauſſarum huiuſmodi iudicationẽ mãdare prohibetur,[d] ſed leges deſideram⁹ quæ de his reb⁹ caueant. His delegatiõis tractatus abſolut⁹ ſit. Cõſtituerã autẽ de iuriſdictiõe & imperio pluribus agere, plurima quæ circa iuriſdictionem maxime ſunt explicare, ac veluti paratitla in eos titulos in quibus de iuriſdictione agitur conſcribere, quos ſcio certo tã infœliciter enarratos eſſe, quã ſunt miſere verboſis commẽtariis rariſſimeque ſcopum attingentibus onuſti, verum nec otium ſuppetit, & quãtulũcũque eſt in alias res nunc inſumẽdũ eſt. Hactenus autẽ hæc habui quæ de iuriſdictione & imperio dicerẽ, quibus ſiquis iuris ciuilis candidatus adiutus fuerit, eius erit gratiam tibi (clariſſime Cancellarie) habere.

FINIS.

a d.l. cum prætor §.i.

b d.l. cum prætor. §.i.

c d.l.i. ſup. tit.ii.

d l. ſolet ſupra de off. pro conſ.


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Do. Philibertum

BABOVM ANGOLISMENSEM
Epiſcopum, Iſagoge in iuris ciuilis ſan-
ctionem, Authore Ioanne Gilloto
Briennēſi, cauſſarum in ſupre-
ma Pariſiorum curia
patrono.



Vænit O. Mallardo Regio Typographo ac
librario, Sub ſigno Vaſis Effracti.

PARISIIS.

Cum Priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

INDEX EORVM quæ in hoc libello continentur.

ABſolutiones innocẽtium queadmodũ ad rẽpub. pertineant, cap. 15. nu. 2
Actio ciuilis in qua de re familiari agitur, ca. 17
Actio ciuilis coram quo iudice intendatur, cap. 15 nu. 6
Actionis agẽdiq́ verba quid ſignificẽt, cap. 2. nu. 1. & . 3
Actionem dari aut impetrari quid, cap. 3. nu. 3
Actionem ciuilem in qua de re familiari agitur præiudiciũ accuſationi adferre, cap. 15. nu. 4
Actionem in iure nominatim exprimẽdam eſſe, cap. 3. nu. 4
Actionem furti criminalem accuſationem nullo caſu tollere, cap. 6. nu. 3
Accuſatio criminalis coram quo iudice intendatur, cap. 15. nu. 7
Accuſatio quid ſit, cap. 2. nu. 4
Accuſatio publicorum iudiciorum cur omnibus pateat, cap. 7. nu. 1.
Accuſationem criminalem non tolli ciuili actione, cap. 16. nume. 1.
Accuſationes, inſcriptiones, accuſationumque præiudicia ceſſare in regno Franciæ, cap. 15. nu. 8
Accuſare indicare ac denunciare differunt, cap. 10. nu. 2
Agi dupliciter ex maleficiis, ca. 15. nu. 3
Annonam attentare extraordinarium crimen eſſe, Et tamen ad publicũ interdũ iudicium pertinere, ca. 13. nu. 8
CIuilis actio in qua de re familiari agi dicitur, quæ ſit, cap. 17
Ciuilis actio & criminalis accuſatio coram quo iudice intendãtur, cap. 15. nume. 6. & . 7
Ciuilem actionem in qua de re familiari agitur iudicio in quo de maleficii vltione agitur præiudicium adferre, cap. 15. nu. 4.
Ciuili actione criminalem accuſationẽ non tolli, cap. 16. nu. 1
Ciuiliter agere toto, cap. 1
Ciuiliter an criminaliter agatur cognoſcere non inutile eſſe, cap. 2. nu. 7
Concuſſionis publicum nõ eſſe iudiciũ ſimpliciter. cap. 9.
Contractus nominatus & innominatus, cap. 4. nu. 2
Crimen quid, cap. 2. nu. 6
Crimen extraordinarium & ſtellionatus q̃admodum differãt, cap. 13. nu. 2
Crimẽ extraordinariũ quid. ca. 13. nu. 1
Criminaliter agere toto, cap. 1
Criminalia omnia iudicia cur extraordinaria dicantur, cap. 3. nu. 7
Criminũ extra ordinariorũ quędã priuatam quædã publicam quędam quaſi publicam iniuriam cõtinere & quæ illarum aliquam contineant, cap. 13. nu. 3. 4. 5. 6
DElictum vnum & idem in diuerſa crimina incidere poſſe, cap. 9
Delictum nominatũ innominatumve, cap. 4. nu. 4
Delicta priuata quæ ſint & vnde dicantur & quomodo ex his agatur. cap. 11
Delictorum diuiſio toto, cap. 4
Delinquẽtem depræhendere licitũ eſſe, cap. 16. nu. 5
Denunciare indicare & accuſare quomodo differant. cap. 10. nu. 2
Depręhenſum furem licere ad iudicem deducere. cap. 16. nu. 5
EXtraordinaria pœna quæ dicatur, cap. 3. nu. 9.
Extraordinarium iudicium. cap. 3. nu. 1. 2. 5. 6.
Extraordinarium crimen quid & quẽadmodum a ſtellionatu differat, cap. 13. nu. 1. & . 2.
Extraordinaria omnia iudicia criminalia dici, cap. 3. nu. 6
Extraordinariorum criminum quędã priuatam, quædã publicã quædã quaſi publicã iniuriam cõtinere, & quæ illarum aliquã contineant, cap. 13. nu. 3. 4. 5. 6
Extraordinẽ & criminaliter agere cum de maleficiis agitur conuerti, cap. 3. nume. 8.
FAmoſi libelli iudiciũ, cap. 10. nu. 1.
Fauiæ legis publicum non eſſe iudicium, cap. 8. nu. 1
Furem depræhendere licitum eſſe, cap. 16. nu. 5.
GEnus pro ſua ſpecie quando ſumatur, cap. 2. nu. 2
HOmini chriſtiano iniuriarũ agere non licere, cap. 15. nu. 9.
Hereſeos ꝓprie publicum iudiciũ eſſe, cap. 8. nu. 5
IDem admiſſum ſiue delictũ in diuerſa crimina cadere poſſe, cap. 9
Indicare, denuntiare & accuſare quo

modo differant, cap. 10. nu. 2
Infamiã trib9 modis irrogari, ca. 1. nu. 2
Innominatus contractus, cap. 4. nu. 2.
Iniuriarum ciuilem actionẽ tollere criminalem, cap. 16. nu. 2
Iniuriarũ agere homini chriſtiano nõ licere, cap. 15. nu. 9
Innocentiũ abſolutiones principaliter ad rempub. nõ pertinere. ca. 15. nu. 2
Inſcriptiões accuſatiões accuſationũq; præiudicia in hoc regno ceſſare, cap. 15. nu. 8
Iudicium publicum tribus modis dici, cap. 5. nu. 1.
Iudicium publicum vnde dicatur, cap. 6. nu. 1
Iudiciũ duplex ex maleficiis naſci, cap. 15. nu. 1
Iudicium in quo de re familiari agitur ſimul cum eo in quo de maleficii vltione agitur in regno franciæ exerceri, cap. 15. nu. 8
Iudiciorum publicorum accuſatio cur omnibus pateat, cap. 7. nu. 1
Iuris ciuilis prudẽtia cur vera philoſophia dicatur, cap. 14. nu. 6
Iuris ciuilis finẽ non ſcientiæ ſed actionis eſſe, cap. 14. nu. 6
Iuris regulã perpetuã eſſe debere, cap. 14. no. 5
Libelli famoſi iodiciũ, cap. 10. nu. 1
Legis Iuliæ de vi priuata criminale iudicium eſſe, cap. 1. no. 3
Legis Iuliæ de annona & de reſiduis iodicia criminalia nõ eſſe. cap. 1. nu. 3
Legis fauię de plagiariis publicum eſſe iudicium, cap. 8. nu. 1
Legis viſcelliæ poblicũ iudicium non eſſe, cap. 8. no. 34.
Lex publicorum iudiciorum quæ eſſe dicatur, cap. 8, nu. 6.
Maleficia non remanere impunita reipub quomodo intereſſe dicatur, cap. 14. nu. 1. 2. 3. & . 4
Maleficiorum duplex iudiciũ eſſe, cap. 15. nu. 3.
Maleficiorũ pœnę, quę ad rẽpob. principaliter aut contra pertineant, cap. 15. nu. 1.
Nominatus contractus, cap. 4. numero. 2.
Ordinẽ exercendorũ iudiciorũ criminalium qui in regno Franciæ obſeruatur ſanctiorem eo eſſe qui iure ciuili introdctus eſt. cap. 15. nu. 8.
Præiodiciom accuſationi per actionem ciuilem adferri, cap. 15. nu. 4.
Pręiudicia accuſatiões inſcriptionesq; in regno Frãciæ ceſſare, cap. 15. nu. 8
Prævaricationis iudicium vnico caſu publicum eſſe & cur eo potius, cap. 10. nu. 4
Principis reſcriptum contra publicam vtilitatem, cap. 14. nu. 2
Priuata delicta quę ſint vndẽ dicãtur, & quibus ea intendere permittatur, cap. 11
Priuatorum delictorum pœnæ quales ſint. cap. 12. nu. 4
Publicum quid & vnde, cap. 7. nu. 1
Publicum & priuatum iudicium vnde, cap. 6. no. 1
Publicum iudicium tribus modis dici, cap. 5. nu. 1
Publica iudicia quæ infament, cap. 1. nume. 4
Publicorum iudiciorum executio cur plerumque omnibus datur, cap. 7. numero. 2.
Publicorum iudiciorum lex quę eſſe dicatur, cap. 8. nu. 6.
Quorũ maleficiorum pœnæ ad rẽp. principaliter aut contra pertineant, cap. 15.
Regulam iuris perpetuam eſſe debere, cap. 14. nu. 5
Reipub. intereſſe maleficia puniri toto, cap. 14
Sepulchri violati termini moti & iniuriarum ciuiles actiões tollere criminales & quare, cap. 16. nu. 2.
Sepulchri violati publicum ſimpliciter non eſſe iudicium, cap. 9.
Sepulchri violati criminaliter & ciuiliter agi, & quibus agere permiſſum, cap. 11. nu. 1. & . 2.
Stateras adulterare quomodo extraordinarium crimen eſſe poſſit, cap. 13. numero. 9.
Suſpecti tutoris iudicium, cap. 10. nu. 3
Suſpecti tutoris iudicium interim criminale interim ciuile eſſe, cap. 2. nu. 6
Termini moti criminaliter & ciuiliter agi, & quibus agere permiſſum ſit, cap. 12. nu. 2.
Termini moti actionem ciuilem tollere criminalem, idem de iniuriarum ac ſepolchri violati actionibus, cap. 16. numero. 2.
Vnum idemque delictum in diuerſa crimina incidere poſſe, cap. 9.
Viſcelliæ legis publicum non eſſe iudicium, cap. 8. nu. 3. & . 4.

FINIS.

QVAE LECTOREM REMORARI POTERANT
Errata hæc fere ſunt.

In epiſtola, folio .1. linea 10. ita lege cõpræhenſa. Cap.1. fo.2. pagina.2. in margine ſub litera k, ibi in autent. conſequẽter lege, vt litigant. iurent Coll, fo.3. pag. 2. lin.28. lege, infamia inuritur. Cap.3. fo. 8. lin. 8. &. 9. lege ad antiquorum iudiciorum ordinem, fo.9. pagi.2. lin.1. lege, ſic pater cui legatum, fo.10. lin.11. lege, in carcerem conijcitur. Cap. 4. fol.11. lin.11. lege, quia nomen habet ſpecificũ, folio.13. lin.6. lege, nomen habeat, aut non habeat. Cap.5. folio. 13. pag. 2. lin. 24. lege, voluatur totus ille titulus, folio.14. lin.3. lege, iureconſultis noſtris cognita. & linea.15. &.16. lege, in pretoris edicto. & eo. fo. lin.22. ꝑpoſita negatione dictioni cõtrario ita lege, an vero nõ contrario, eo. fo. pagi. 2. linea penul. & antepenulti. expuncta dictione (ea) lege, addito noua conſtitutione, folio.16. linea.11. expuncta dictione (vt) lege, exiſtimat dictionem adiectam. Cap.7. fol.16. pagi.2. linea.9. lege, pertinet, agere frequentiori. Cap.8. folio.17. ſummarii.2. lin.2. lege, Fauia de plagiariis, & pag.2. lin. antepenul. lege, iureconſultum quaſdam, fo.18. in margine ſub litera e, lege, l. generaliter §. fi. ff. de decurio. Cap.10. fo.21. lin. 18. lege, inſtituta ſit, fo.22. in princip. lin.21. lege, ſit, ea ratio eſt. Cap.13. folio. 24. lin.16. lege, omnia recenſentur. in princip. lin.24. lege, ſint, pag.2. lin.10. ita lege, crimen eſt, neque. ea pagina linea.21. legendũ eſt, eius criminis quod in arabia ſcopeliſmon adpellãt, fol. 25. linea.2. in fi. lege, vbi id admiſſum. Cap.15. fo.31. lin.31. lege proſequi, vt termini moti. pagi. 2. lin.20. lege, nec a quoquam. Cap. 16. fo.34. lin. 4. lege, quadrupli compendio. Cap.17. fo.36. pag. 2. lin.1. lege, ne mediocria quidem.

DO.PHILI-

DO. PHILIBERTO BABOO, ANgoliſmenſi Epiſcopo, Martinianæ, Turonenſis eccleſiæ decano, ſacræ baſilicæ Pariſienſis theſaurario, Primarioque reginæ ab eleemoſinis Ioan. Gillotus. S. D.

SI infinitam cõmentariorũ in ius ciuile multitudinem voluminũq; magnitudinẽ contẽpleris(Clariſſime Præſul) fieri nõ poſſe exiſtimes, vt intentatum quidquã, aut nõ probe expoſitum, tanta interpretum turba, tamq; polygrapha reliquerit. Contra vero ſi diligentius animũ aduertas quã pauca magnis illis voluminibus cõprehenſa explicataq; ſint, ingenue haud dubie fatearis plura in iure noſtro enarrãda ſupereſſe, quã enarrata exiſtãt. Neq; enim boni quidẽ illi viri qui tam multa ſcripſerunt, ſed non ſatis reliquis literis inſtructi, excuſſa ſingulorũ verborũ vi, propriaq; eorũ ſignificatione(quæ vnica interpretandi iuris recta ratio eſt) iurecõſultorũ reſpõſa principaleſue cõſtitutiones interpretati ſunt, ſed declarãdis gloſſematib⁹ plus operæ ſtudiiq; impenderũt, mihiq; potius Accurſii quam iurecõſultorum aut imperatorũ interpretes eſſe videtur. Porro nec fere illi diuerſa ſcripſerũt, ſed quæ ſunt elata primũ a quibuſdã eius familiæ ſcriptoribus, deinde nullis plerũque cõmutatis verbis, tũ ab iiſdem, tũ ab aliis, modo ſuo, modo alieniore loco ſcripta ſunt ſæpius: adeo vt qui Bartolũ fortaſſe legerit omnes legerit, ita eadẽ codẽq; omnes ſtylo ſcripſerũt, nec vllũ eſt aliud ſcriptorũ genus de quo verius Terentianũ illud dicas, deniq; nullum eſt iam dictũ, quod nõ dictum ſit prius. Quemobrem nullum vnquam rectius nec melius cõſilium quam olim a te mihi

datum eſt, ne ita doctorum ſententiis opinionibuſve me alligarem, neue ita in eorum verba iurarem, vt ſiquid interim mihi rectius quacũq; de re ſentire viderer, illud ſequi nephas eſſe ducerem, exiſtimarẽque eos falli poſſe, quibus tamen quantum per veritatem fieri poteſt, addictus & ſum, & fui, & ſemper ero. Etenim cũ anno ab hoc quarto quo primũ Pictauii propoſitis a te mihi magnis, quibus adhuc fruor ſtipendiis, ego tibi a conferendis te cum ſtudiis fui, eã mihi legem dixiſſes, vt periclitãdarũ ingenii virium, exercitationiſque gratia, doctorum noſtrorũ ſentẽtias rationeſq; ſubinde excuterẽ, corrigerẽ, refellerẽ, alioſq; ex iuris noſtri literis ſenſus elicerẽ, noua perueſtigarẽ, omnẽq; ingenii aciem in has res intẽderẽ, maxime vero vbi illi mihi nõ facerẽt ſatis, te inquã authore ac monitore, nõ ſolũ plurimas leges nouo atque a deo fortaſſe vero ſenſu inter nos interpretatus, ſed etiã vniuerſalia quædam paradoxa adgreſſus ſum, Qualia ſunt quæ de iuriſdictione & imperio nuper a me ſcripta ſunt, quæ de re criminali exiguo hoc libello complexus ſum, quæ deniq; de obligationib⁹ naturali, ciuili ac prætoria publica nuper diſputatione defendi. De quib⁹ quidẽ libellũ cũ otium ſuppetet conſcribere ſtatui, interim autẽ quoniã quo tẽpore ſtudia noſtra cõferebam⁹, eam iuris noſtri partẽ quæ ſpeciali vocabulo ſanctio adpellatur, nihil attigimus, cuius tamẽ fundamẽta a doctoribus noſtris partim prætermiſſa partim non ſatis recte (mea quidẽ ſententia) tradita ſunt, libellũ hunc tibi, vni mœcenati meo, cui omnia atque adeo me ipſum (quãtuluſcũq; ſum, aut futurus ſum) debeo, ſcribere, celeberrimoque nomini tuo nuncupare æquiſſimum eſſe duxi, vt cũ annuis a te muneribus augeor, officio ſemper apud te aliquo fungar. Vale Pariſiorum Luteciæ ſeptimo calend. Decembr.

✽ ISAGOGE IN IVRIS CIVILIS SANCTIONEM.

1 Improbata communi opinione quid ſit criminaliter aut ciuiliter agere,

2 Infamiam tribus modis irrogari.

3 Legis Iul. de vi priuata criminale iudiciũ eſſe.

4 Non omnia publica iudicia imfamare & quæ non infament.

5 An legis Iul. de annona criminale ſit iudicium.

6 Reſolutio quomodo criminaliter aut ciuiliter agi intelligatur.

Caput Primum.

TRaditurus rei criminalis fundamenta, commodiſſime inde auſpicatur⁹ mihi videor, vt primum quid criminaliter quid ciuiliter agere ſit, expediã. In qua ego re a vulgari opiniõe diſſentio, tametſi ab Accurſio [a] tradita, ab omnibus hactenus citra controuerſiam recepta ſit. Ait enim criminaliter agi quoties id quod petitur in rem pecuniariumque commodum partis aduerſæ non cedit, veluti quoties animaduerſio aut caſtigatio, aut pecuniaria cõdemnatio fiſco videlicet adplicanda petitur. Ciuiliter 1

a glo. ab omnibus adprobata. in. l. iii. in verbo aureorũ centum. ff. de ſepulch. viola.

Digitized by Google

vero tunc demum cum pecuniaria condemnatio parti diuerſæ adplicatur. Primum, ex lege agraria condemnatio eſt propter terminum motum in quinquaginta aureos in publico dandos,[a] ſimiliter dubium non eſt ex popularibus aliis actionibus pleraſque continere pecuniariam condemnationem fiſco adplicandam,[b] & tamen hæ nuſquam accuſationes ſed actiones vbique adpellantur, cum accuſationes dicendæ eſſent, ſi quidem ex his agi criminaliter verum eſſet,[c] quemadmodum & ſequenti capite probabitur. Præterea vbicunque criminaliter agitur, reo quocunque tempore defuncto iudicium extinguitur,[d] verum vbi ſemel pecuniaria lis eſt cõteſtata, etiam ſi ad fiſcum pertineat, imo vero tunc maxime, contra heredes tranſit:[e] igitur etiam ſi pecuniaria condemnatio fiſco addicenda petatur, non proinde tamen criminaliter agi dicitur, quod & ſequenti conſtitutione luculenter probatur. Si is (inquit)[f] qui in exilium datus eſt, bonis eius nominatim ſentẽtia ademptis poſt prouocationem deceſſerit, crimen (inquit) extinguitur, ſed remanet bonorum quæſtio, ſi crimen extinguitur, & remanet nihilominus bonorum fiſco adplicandorum quæſtio (ea enim eſt huiuſmodi) conſequens eſt, eam quæſtionem criminalem nõ eſſe, nam eam mortuo accuſato extingui oporteret. Et quãuis ſuperioribus merito quiſque contentus eſſe poſſit, adiiciam tamen his nonnulla. Vbicunque criminaliter agitur extra ordinẽ agendum,[g] & in crimen inſcribendum eſt,[h] at vbi pecuniarie tantũ etiam ſi ex maleficio agitur, & iure ordinario agendũ eſt, nec in crimen inſcribere oportet,[i] quo fit vt quoties pecuniarie tãtum agitur, criminaliter agi non dicatur. Nam & lis omnis aut pecuniaria aut criminalis ſit oportet, ſunt enim hæ duæ litis formæ ac qualitates etiam immediatæ, nam litem omnem alterutram eſſe oportet,[k] quare nulla lis pecuniaria tantum, crimi-

a l. fi. de termi. mot. ff.

b l ſiquis id quod ff. de iuriſdict.

c glo. d. l. fi. tex. in in princip. de pub. iud. inſti. & in. l. i. de crimi. expil. here. ff.

d l. defuncto. ff. de pub. iud.

e l. ex admiſſorum de accuſa. l. fi. ad leg. Iul. pecul. ff.

f l. ſi is qui ademptis. C. ſi pend. appell. mors.

g l. fi. ff. de furt. in princip. de publ. iud. inſti. l. fi. de priuat. delict. ff.

h d. l. fi. de priuat. deli. l. ſicut crimen de accuſatio. ff. l. ii. vt intra cert. tẽp. l. in cauſſis de accuſa. cum. l. ſeq. C.

i l. fi. de priuat. delict. ff.

k aut. vt omnes obed. iud. in rubr. Colla. v. §. ſiquis ex litigatoribus verſicu. qui vero accepit in autent. vt litiga. iurent. C. & l. properãdũ in princip. C. de iud. l. lex Iulia. ff. ad legem Iul. repet.

nalis dici poteſt, cũ eiuſdem generis ſpecies confundi nõ poſſint. Poſtremo iure cautũ eſt,[a] mulierem neq; pro priuatis neq; pro fiſcalibus debitis carcere detinẽdã, ſed cũ criminaliter cõtra eam agitur, carcere cuſtodiendã eſſe: igitur etiam cum fiſco pecuniaria condemnatio petitur, nõ propterea criminalis cauſſa dici poteſt. Vt ſemel abſoluam Accurſii ſententia nullo iure probatur, vſu vero minus, quinimo etiã vulgo contraria obtinuit, quo magis mihi mirum eſt, ab omnibus Accurſio ſubſcriptum eſſe. Nam (verbi gratia) ſi cuicunq; a iudice dies dictus eſt, quo iudicio ſiſtat, adiecta ſi non ſtiterit ſe, decem aureorum fiſco adplicãdorum mulcta, iſq; cum ad nomen non reſponderit, certandæ mulctæ gratia in ius vocatus ſit, aut huius ſummæ condemnatus in carcerem coniectus, iuxta fiſcalis debiti priuilegium [b] donec mulctam perſoluerit, quæſo quis vnquam hunc rei criminalis reũ tactum eſſe, aut propter crimen in carcerem coniectum dici meminit? Illud ſane inficiari nemo poteſt, tunc demum vulgo criminaliter aut extraordinem agi dici, cum lis corporis aut æſtimationis pœnam cõtinet. Quare ita mihi rectius concludendum videtur. Ciuiliter agi quoties pecuniarie tantũ agitur, pecuniariave cõcluſio eſt, ſiue ea pecunia fiſco, ſiue parti diuerſæ adplicãda ſit: idque ſiue ex maleficio, ſiue ex quacunque alia cauſſa agatur. Criminaliter vero tunc demum, cum ad corporis æſtimationiſve pœnam concluditur, ſiue ad huiuſmodi pœnam tãtum, vt interdum accidit,[c] ſiue ad eam ſimul cum pecuniaria, vt & plerunque fit.[d] Hoc eſt, quoties ad pœnam agitur, quæ aut vitam adimat, aut ſeruitutem iniungat, aut ciuitatem auferat, aut exilium, aut corporis coercitionem contineat, aut damnum (intelligo pecuniarium) cũ infamia, aut dignitatis alicuius depoſitionem, aut alicuius actus prohibitionẽ: quæ quidem omnia pœnarum genera ſunt, quibus aut animaduerti, aut dignitas

a §. neceſſariũ vero. in aut. vt nulli iud. col. ix.

b l. cũ eo. ad leg. Iul. pecul. ff.

c §. Itẽ lex Cornel. de falſis. de pub. iudi. inſt. &c.

d l. 1. ad leg. Iul. de vi priua. ff. &c.

Digitized by Google

minui,conſumive ſolet,[a] cōtinenturq; generaliter cauſſæ capitalis adpellatione.[b] Supradictis obiicietur, iniuriarum actio pecuniarie plerunque intēditur,[c] eoq; ipſo caſu infamiam irrogat,[d] & tamen tunc ciuiliter agi dicitur:[e] falſum eſt igitur cum damnum cum infamia iudicio continetur, criminalem propterea cauſſam dici. Idem de actione furti,vi bonorum raptorū &c. dici poterit. Sciēdum eſt infamiā tribus modis irrogari, quemadmodum & Bartolus docuit.[f] Primo ex ſententia condemnationeque ipſa,altero ipſo facto, tertio ipſo iure. Ex ſententia infamiam irrogari intelligo,cum iudex expreſſe nominatimque propter delictum quem infamiæ condemnat,qui alioqui infamis nō eſſet: vt ecce,ſi iudex propter concuſſionem (verbi gratia) quem ita damnet, Titium condemnamus vt centū ablata reſtituat,eumq; iudiciario munere priuamus, omnibuſque poſthac honoribus quaſi infami interdicimus:aut ſi propter ſtellionatum quēcunque crimenve extraordinarium, ita concepta ſit iuriſdictio ſiue ſentētia. Nam ſi de infamia nominatim condēnatio nihil caueret,nō eſſet propter concuſſionem, aut quencunque ſtellionatum condemnatus infamis,famoſum enim alioqui concuſſionis, aut cuiuſcunq; ſtellionatus iudicium non eſt.[g] Hæc (inquam) infamia criminalem cauſſam facit. Ipſo autem facto infamia irrogatur,vt cū quis bina ſponſalia binaſve nuptias eodem tempore conſtitutas habet:[h] nam ipſo facto ſine vlla condemnatione,declarationeve, famoſus quiſq; efficitur. Ipſo iurę infamiam inuritur,cum quis famoſo iudicio condemnatus eſt, quanuis de infamia nominatim in cōdemnatione nihil cautum ſit, vt cum quis furti iniuriarum &c.damnatus eſt,famoſus eſt,[i] nō ex ipſa ſententia,ſed propter ſententiam,quia videlicet famoſo iudicio damnatus eſt,non quia expreſſe nominatimq; ſententia notatus. Primus igitur inurēdæ infamiæ modus,

a l.ſiquis forte.§.ſi na.cū.l.ſeq.& ſeq. ff. de pœnis.l.cognitionū de var. & extraor.cogn.ff
b l.licet de verbo. ſignif.ff.vbi Alcia. Bud.in.l. lex Iul.ff ad leg. Iul.repetū.
c §.in ſumma inſtit.de iniur.
d l.i.ff.de his qui not.infa.
e d.§.in ſumma.
f Bar.in.d.l.i.
g l.i.ff.de cri.ſtell.
h l.i.in fi.ff.de his qui not infa.
d.l.i.&.l.infamē deipub.iud.ff.

Digitized by Google

criminalem cauſſam facit, eaque infamia ab homine atque ab ipſo iudice infertur. poſteriores duo criminalem nihilo magis cauſſam faciunt, in quibus infamia ab ipſa lege, ipſoque iure, ſine vllius iudicis opera, &(vt dici ſolet) miniſterio irrogatur. Itaq; nec ſepulchri violati actio que ipſo iure damnatum infamat,[a] nec quæcunque infamiæ ſpecies, quæ toto titulo de his qui notātur infamia continetur, criminalem cauſſam faciūt. Replicabitur legis Iuliæ de vi priuata criminale iudicum eſt, [b] & tamen eius condemnatio pecuniarium tantū damnū continet:[c] nam quod attinet ad infamiam quæ ex eadem, lege infertur, ipſo iure non ex ſententia inferri videtur, cum publicum ſit iudicium, [d] nam publica iudicia ipſo iure infamare videntur. [e] Idem de lege Iulia de ambitu dici poterit.[f] Sane non eſt verum legis Iuliæ de vi priuata, & de ambitu iudicia, ipſo iure damnatum infamia notare, vt furti iniuriarumve actiones notant, quinimo iuriſdictionis ac ſententiæ forma infamiam continere debet: nec conſequens eſt ſi publica iudicia ſint, vt ipſo iure infamiam irrogent: id quod ex eo conſtat, quod initio lataque primum olim lege Iulia de vi priuata, nulla infamia continebatur, nā ſenatuſconſulto poſtea facto antiquæ eius legis pœnæ (quæ erat tertiæ partis bonorum publicatio) adiecta eſt infamiæ nota, & omnium honorum interdictio, [g] quod fruſtra ſenatuſconſulto cautum eſſet, ſi eo ipſo quod publicum iudiciū eſſet, notaſſet ipſo iure. Id quoque ipſum declarat extraordinarius illæ inurédæ infamiæ modus, quo ambitus damnatus notatur, vt videlicet ſi alium eiuſdem legis reum peregerit, famæ reſtituatur: [h] nā id nuſquam (opinor) alibi reperias. Itaque ſi harum legum iudex ita quenquā propter vim priuatam damnaret, Titium tertiæ partis bonorum publicatione condemno, aut propter ambitū, centum aureis, damnatus infamia non notaretur, quanuis ſi ita iuriſdi-

a l.i.de ſep.viol.ff.

b l.legis Iuliæ.ff. ad leg. Iul. de vi priua.

c l.i.eo.tit.

d l.i.& l.infamē. ff.de pub.iud.

e d.l.infamem.

f l.i.ad leg.Iul.de ambitu.ff.

g l.i.ff.ad leg. Iul. de vi priua.

h l.i.ff.ad.l.Iul. de amb.

ctionem ſimpliciter conciperet, Titium vis priuatæ, aut
4 ambitus condemno, & pecuniaria & æſtimationis pœna damnatum ſequeretur.[a] At (inquies) publica ſunt iudicia, fateor, at inde conſequens non eſt infamiam ipſa inurere, addendum enim eſſet, in quibus crimen vertitur, [b] tolle autem ex ſupradictis legibus infamiam, iam criminales non erunt, pecuniariam enim tantum condemnationem continerent: atque eam ob cauſſam ſenatuſconſultum poſt legem Iuliam de vi priuata prius latam neceſſarium fuit, vt eius legis damnatus honorum omnium ſuſceptione priuaretur,[c] quorum alioqui incapax non erat, quãuis publicum prius eſſet iudiciũ. Qua ratione adſerere profiterique auſim, ex lege Iulia de reſiduis, quanuis publicum iudicium ſit, criminaliter non agi, cum pecuniaria tantum eius legis cõdemnatio ſit. [d] Id quod & inde cõſtat, quod reſiduæ pecuniæ actio non accuſatio dicitur:[e] nam actionem ad cauſſas ciuiles, accuſationem autem ad criminales pertinere proximo capite docebimus. Et cum hoc amplius in ea ipſa lege crimen non vertatur, dãnatus infamia non notabitur. Nam ea ſola publica iudicia notare dico, in quibus crimẽ vertitur. [f] Quid autem de lege Iulia de annona? Et Accurſius [g] exiſtimauit non ſolum pecuniariam, ſed & extraordinariam ſimul eius legis condemnationẽ eſſe, propterea que & criminalis eſſet, & ſimul infamaret. Sciendũ eſt, qui Romæ annonam cariorem faciũt eos in legem Iuliam de annona incidere, qui vero idipſum in prouinciis admittunt, extraordinarium crimen admittunt:[h] quanuis autem ii qui in prouinciis annonam attentant, onerantve, extraordinaria pœna plectantur,[i] ego tamẽ non memini legere, vt qui in legem Iuliam de annona incidunt, alia quam pecuniaria pœna adficiãtur: [k] proptereaque nec in ea crimen verti dicemus, nec proinde damnatum notari: atq; ego quidem in ea ſum hereſi, donec

rectius

a l.i.verſic.nõ ſiquidẽ.& verſi.cuerri poſſit.ff. ad ſen. Turpil.& l. ſi preſes.ff.de pœnis.
b d.l.infamem.
c l.i.ad leg.Iul. de vi priua.ff.
d l.eſi eo.ad leg Iuliam.pecul.ff.
e d.l.cum eo.
f d.l.infamem.
g gl.in.l.ii. ff. ad leg.Iul.de annona
h J.cap.xiii.
i l. annonã.ff.de extrordi.crimi.
d.l.ii.

rectius quicquã edoctus fuero. In ſumma igitur ex con- 6
cluſione metiemur, vtrum ciuiliter an vero criminaliter agatur. Nam ſi lis pecuniæ tantum eſtimata fuerit, ciuiliter, ſi vero capitis tantum, criminaliter, ſin vtroque modo, vt ex lege Iulia de vi priuata, [a] mixta ea cauſſa dici poſſet, ſed quoniã extraordinaria pœna quam pecuniaria quæcunque grauior eſt, [b] criminalem ſimpliciter eam dicemus: ideoq; huiuſmodi cauſſa extraordinario iudicio (de quo inferius dicemus) [c] tractanda terminandaque eſt. In arbitrio autem iudicis reſidet vtrum lis capitis, an vero pecuniæ æſtimetur, id eſt concludere partes in proceſſum (vt dici ſolet) ordinarium, aut extraordinarium pro admiſſi qualitate.[d] Cum itaque hodie apud nos introductum eſſe videamus, vt ex maleficiis & ciuilis actio in qua de re familiari agi dicitur, & criminalis accuſatio ſimul intendatur, ſublato iuris ciuilis præiudicio,[e] conſequens eſt extra ordinem agendum eſſe: quaſi maiore grauioreque cauſſa minorem ad ſe trahẽte: [f] hoc enim vnicum iudicium eſt, quanuis diuerſarum cauſſarum.[g]

a l.i.ff.ad leg. Iul. de vi priua.
b l.i ſeruorũ.§.fi. de pœnis.l.vuſta de manumiſſ.ff.
c 7.cap.iii.
d l.prætor edixit.§.i ff.de iniur.
e l.interdũ.ff de pub.iud.& d.§.i.
f l.per minorẽ.ff. de iud.
g arg.§.igitur.inſt. de pupil.ſubſtit.

1 Actionis agendique verba quid ſignificent.

2 Genus pro ſua ſpecie frequenter ſumi, & quando id fiat.

3 Actio ſpecialiter quid.

4 Accuſatio quid ſit.

5 Crimen quid ſit.

6 Suſpecti tutoris iudiciũ interim criminale interim ciuile eſſe.

Digitized by Google

7 Quam vtile ſit intelligere vtrũ ciuiliter an criminaliter agatur.

Caput ſecundum.

VT autem ſuperioribus proxima atque ad-
1 finia ſubiiciamus, de actionis agendique, accuſationis accuſandique, & criminis verbis dicendũ eſt. Nam quod attinet ad cauſſæ, litis, iudiciique nomina, ea de re criminali ac ciuili ex æquo dici vulgatiſſimum eſt. [a] Itaq; ſciendum eſt agendi actioniſque verba, vi quidem ipſa tam ad rem criminalem, quam ciuilem ex æquo pertinere: nam ſiue quis crimen obiiciat, ſiue ciuili iudicio quod ſibi debetur perſequatur, nemo eſt qui negare poſſit hũc
2 agere, quare actionis nomẽ pro accuſatione Cicero vſurpat, [b] cũ perduellionis actionem intendi dicit, & ſemel apud iureconſultum legere memini. [c] Verum illud animaduertendum eſt (quod & alibi tradidi) [d] iureconſultos ſæpius genera ad ſpecies contrahere, vt iuriſdictio, & merum, & mixtum imperium, & iuriſdictionẽ (quam vocant) ſimplicem, propria ſignificatione complectitur, ſpecialiter tamen iuriſdictionis verbo vtimur pro ſimplici iuriſdictione, [e] in qua nullum imperium ſed actio tantum vel accuſatio vertitur. [f] Id accidit quoties eiuſdem generis plures ſunt ſpecies, quarum quædam innominatæ ſunt, tunc enim generis nomine ſpecialiter pro innominatis vtimur. Vt ecce, pacti pactionis conuẽtioniſque verba, propria diffinitione omnes omnino contractus tam nominatos quam innominatos ex æquo cõplectuntur, [g] quia tamen nominati proprium nomẽ habent, vt emptio, locatio, commodatum, depoſitum, ſtipulatio &c. [h] quoties de his agitur eos ſuis nominibus exprimimus: at cum de innominatis agitur, nullo niſi ge

a Rub. aut. vt oẽs obed. iud. col. v. l. lex Iulia. ff. ad leg. Iul. repetũd. tit. de iud. & de pub. iud, ff. cũ ſimilibus.

b Cice. in oratiõe pro Milone.

c l. i. vbi gl. de criminis ſtellio.

d lib. ii. de iuriſdi. & impe. cap. ix.

e Bar. & alii in l. ĩperiũ. ff. de iuriſd.

f d. cap. ii.

g l. i. in prin. & §. i ff. de pact.

h d. l. i. §. fin. & l. iuris gentiũ eo. tit.

Digitized by Google

neris verbo vti poſſumus, quia aliud nomen non habēt: hinc factū eſt, vt paciſcendi, pacti, pactionis, conueniendi, conuētioniſque verba ſimpliciter poſita, de innominatis contractibus intelligantur.[a] Quorū exēplo actionis nomen, genus eſt, & ad accuſationem & ad ciuilem actionem,[b] ſed cum accuſatio alteram eius ſpeciem deſignet, actionis verbo ſpecialiter vtimur, pro ea in qua de re ciuili ac pecuniaria agitur. Ideoque rectiſſime Accurſius[c] ſtellionatus actionem, pro accuſatione inuſitate dici intellexit. Stellionatus enim ad criminalem cauſſam non ad ciuilē pertinet, nec actionis nomē eſt,[d] proptereaq; rectius accuſatio dicitur, vix enim actionis nomen vel rariſſime, cum de re criminali agitur, alibi apud iureconſultos quidem reperias: id quod ex actionis diffinitione, totoque tractatu de actiōibus facile colligi poteſt.[e] Neque enim ignoro pro accuſatione a cæteris authoribus frequenter vſurpari, ſic perduellionis (vt iam dixi) actionem Cicero dixit, ſic in Verrem actiones inſcripſit. Verum iureconſulti noſtri anguſta multo magis quam reliqui authores dicendi obſeruatione, ac religione ſeſe adſtrinxerunt. Ex adiuncto tamen etiam de criminali cauſſa, actionis agendique verba dicuntur, ſic dicimus criminalem actionem, capitaléve, pro accuſatione,[f] criminaliter aut crimen agere, pro accuſare,[g] idq; etiā rariſſime. Accuſationis vero nomē ipſius maleficii vltionem, vindictamque reſpicit. Nam ex delictis dupliciter agi vulgatiſſimū eſt, ciuili actione in qua de re familiari agi dicitur,[h] (de qua inferius)[i] vt pro ſepulchro violato, is ad quem ea res pertinet, agit quod vi aut clam,[k] cuius ſeruus occiſus eſt agit lege Aquilia.[l] Præterea ſupereſt ipſius delicti vindicta, nā ſuperiores actiones damnum rei familiaris tantum ſarciunt, non vlciſcuntur maleficium ac iniuriā ipſam. Ea (inquam) vindicta interim pecuniaria eſt, vt pro termino moto quinquaginta au-

a Iaſ. in ru de ver. oblig. ff. &c.

b l. i. C. quādo ciuil. actio.

c gl. d. l. i. de crim. ſtellio.

d l. ii. & iii. de cri. ſtellio. ff.

e In prin. de acti. inſti. & toto tit. de act. o & oblig. ff. C & inſti.

f In rub. & tex. l. i C. quādo ciuil. act. l. penul. ff. ſi ex noxa. cauſ.

g l. diuus. ff. de crimi. expil. hered. l. fi. de furt. ff.

h d. l. i. l. interdū de pub. iud. l. fi. de priua. deli. ff.

i J. cap. xvii.

k l. i. ff de ſepulc. vio.

l l. ii. ad leg. aqui. ff.

Digitized by Google

reorum fiſco dandorum pœna conſtituta eſt,[a] pro ſepulchro violato centum aureorum.[b] Sæpius autem non pecuniaria ſed criminalis, ſiue extraordinaria, vt fere in publicis iudiciis,[c] priuatis delictis,[d] ſtellionatibuſque [e] ſiue extraordinariis criminibus.[f] Harum (inquam) pœnarũ proſecutiones extraordinariæ ac criminales, recte accuſationes adpellantur. Verum an ad pecuniarias maleficiorum vltiones pertineat, qualis eſt centum aureorum pro ſepulchro violato, pro termino moto quinquaginta, quæri poteſt. Et videtur, ſiquidẽ legis Iuliæ de annona pecuniariam demum pœnam eſſe exiſtimo.[g] & tamẽ eius proſecutio accuſatio dicitur:[h] deinde ſepulchri violati criminaliter agere, ex priuatorum delictorum natura,[i] ei demũ licere puto, ad quem ea res pertinet, ciuiliter vero cuicunq; permittitur (vt & inferius dicemus)[k] & tamen publica hæc proſecutio (quanuis pecuniaria) accuſatio dicitur:[l] alibi accuſationis verbum niſi de criminali dici non memini. Adeo vt iniuriarum actio, non accuſatio ſemper dicatur, ſimiliter & ſepulchri violati actio, non accuſatio a iureconſulto nominatur, quoties de pecuniaria pœna agitur,[m] quanuis nõ ad rem familiarem ſed ad vltionẽ pertineat.[n] Idem de termino moto:[o] quinimo reſiduæ pecuniæ actionem non accuſationem dicimus,[p] quanuis publicum ſit iudicium,[q] idẽ poſtremo de albo corrupto, & tamen hic prætoris contempta authoritas vindicatur.[r] Quæ autem ratio eſt? ſane quia in his omnibus de re pecuniaria agitur, ad quã non accuſationis ſed actionis verbum pertinet. Itaq; ſi præter pecuniariã pœnam legis Iuliæ de annona exiſtimet quis iuxta Accurſii ſententiã,[ſ] criminalẽ ſiue extraordinariam aliam eſſe, ſimiliter ſi imperatoris conſtitutionẽ[t], ita intelligas, vt ſepulchri violati agere criminaliter cuicunque permittat ac cõcedat (quod non puto) nuſq̃ fortaſſe accuſationis verbum niſi cũ de re criminali agitur

a l. Agraria de termi. moto. ff.
b l. iii. ff. de ſepul. viol.
c tot. tit. de pub. iud. inſt.
d l. fi. de priua. delict. ff.
e l. ii. de cri. ſtel. ff
f l. 1. in prin. de extraor. crim. ff.
g l. ii. ff. ad leg. Iu. de anno.
h l. mulierẽ. ff. de accuſatio.
i gl. l. fi. de priua. delict. ff.
k 7. cap. xii.
l l. qui ſepulchra. C de ſep. viola.
m l. iii. & l. l. de ſepulchro de ſepul. viol. ff.
n l. ſepulchri violati actio. ff. de ſep. viol.
o d. l. Agraria.
p l. cũ co. ff. ad leg. Iul. pecula.
q §. pe. iſt. de pub. iud.
r l. ſi familia. de iuriſdi. ff.
ſ glo. in l. ii. ff. ad leg. Iul. de anno.
t l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viola.

reperias.Poſtremo crimē in iure nullū dici animaduer- 5
to niſi quod criminaliter ſiue extra ordinē,& nó pecu-
niarie ſiue ciuiliter intenditur. [a] Planeque quod in inci
uilibꝰ pecuniariiſve cauſsis actio dicitur, illud ipſum in
criminalibꝰ ſiue extraordinariis crimē eſſe videtur, [b] vt
quemadmodum dicimus locati,venditi.&c.actio cōtra
Titium intenditur,ita dicamus veneficii homicidii.&c.
crimen Titio obiicitur:& vt cōuentio parit actionem, [c]
ita maleficium crimen.Itaque quemadmodum contra-
ctus & conuentio ciuilia verba ſunt,commercia ac nego
tia ipſa ſignificantia , actio autem forenſe verbum eſt, ſi
gnificans modoipſum ius agendi,quod in iudicium de-
ducitur, [d] modo ipſam actionis proſecutionē, [e] ita ma-
leficium, delictū, facinus. &c . ciuilia verba ſunt , ipſum
factum deſignantia,crimen autem & accuſatio forenſia,
crimen in iudicium deducitur quaſi criminalis actio , [f]
accuſatio autem ipſiꝰ criminis proſecutio eſt ac delatio.
Rurſum nó ſum neſcius apud reliquos authores, accuſa
tionem largius accipi, & crimen ipſum facinus ſignifi-
care, ſed nos peculiarem iureconſultorum vſum decla-
ramus.Itaque vt actionem non niſi de re ciuili dici ſupe
rius probauimus,ita crimen non niſi de re extraordina-
ria dicitur,id quod ſuperiori capite ſatis probatum exi
ſtimo,cum criminaliter agi tunc demum diximus,cum
lis capitis æſtimatur,hoc eſt cum concluditur ad corpo
ris eſtimationiſve quācunque pœnam, ſunt enim coniu
gata crimen & criminaliter. Quo fit vt cum de remouē 6
do ſuſpecto tutore citra animaduerſionē ſermo eſt,qua-
ſi publicam actionem eſſe dicamꝰ, [g] ſiquid autē atrocius
in tutela geſtum eſſe dicatur,ſi præſens tutor pupillo ali
menta decerni non poſſe mentiatur, ſi libertus filiorum
patroni tutelā fraudulēter geſſiſſe proponatur, quia his
caſibus tutor grauiori animaduerſione caſtigādus eſt, [h]
ſuſpecti tutoris crimen vocamus . [i] Itaque & actionem

a l.pe. & fi. C. de ordi.cognit.
b l.nullum crimē ff.de re.iur.
c l.iuris gentium ff.de pact.
d vt in princip.de actio inſti.
e gl.& doct.in.d. pricip.fic in. l. ſed ſi tantum de pact. ff. &c.
f l. ſicui crimē. ff. de accuſa.&c.
g §.conſequēs de ſuſpect. tuto.inſti. l. i §. conſequens ff.eo.titu.
h l. i §.fi. l . ii.de ſuſp. tuto. ff §.ſed ſiquis preſens inſt. eo.tit.l.i §.ſolet.ff. de. offi.præf.vrbi.
i l.i.ad fi.princ.ff. de ſup. tut.

& crimen diuerſis rationibus appellamus. Ex ſuperiori bus igitur adparet, cauſſam ciuilem, ciuiliter agere & actionem de re pecuniaria dici, ſiue ad rem familiarem pertineat, ſiue ad maleficii vltionem, nec reputandum eſt cui pecunia addicenda petatur, fiſco an parti diuerſæ. Crimen autem & accuſationem, ac proinde criminalem cauſſam, aut criminaliter agere, dici cum de extraordinaria pœna agitur, id eſt corporis aut eſtimationis.

7 Ac vero nequis exiſtimet vanam eſſe ſupradictorum nominum diſputationem, permagnus effectus eſt: nam ſi ſecundum Accurſii ſententiam,[a] cũ pecunia fiſco addicẽda petitur criminaliter agitur, ſi crimen tunc obiicitur, ſi ea perſecutio accuſatio dicitur, oportebit agentem in crimen inſcribere, extraordinario iudicio id fieri, reum vero in carcerẽ coniici, ex vinculis cauſſam dicere. &c. [b]Itaq; reſiduæ pecuniæ, aut ſepulchri violati, aut termini moti, & quędã aliæ populares actiões hoc modo pro ponendæ exercendæque eſſent, quinimo & reſiduæ pecuniæ condemnatus famoſus erit, quia publico iudicio in quo crimẽ vertitur damnatus cẽſebitur.[c] Quod ſi ex his ciuiliter tantum agitur, nec crimen accuſatiove vlla eſt, ſed actio tantum, nec reſiduæ pecuniæ damnatus famoſus erit, quia non publico iudicio in quo crimen vertatur, hoc enim eſt neceſſarium priuſquam publicum iudicium famoſum ſit,[d] nec ſimiliter propter reſiduæ pecuniæ actionẽ, cæteraſq; ſupradictas & his ſimiles actiones, in crimen inſcribendum, nec extraordinẽ agendũ erit, ſed iure iudicioque ordinario, perinde quaſi pecunia ex alia quam maleficii cauſſa petatur.[e] Deinde cum inſtituti noſtri ea ſit ratio, vt rei criminalis fundamenta tantum tradituri ſimus, non niſi fere quid quodque eorũ de quib⁹ diſputatio ſuſcipietur ſit, tradere cõſtituim⁹.

a gl. in verbo aurcorũ cẽtum. l. iii. ff. de ſepul. viola.

b d. l. ſi cui crimẽ. ſi. de priua. delict. ff. l. accuſationibus C. de accuſatio.

c l. infamem. ff. de pub. iud.

d d. l. infamem.

e d. l. ſi. de priuat. del.

1 Extraordinarium iudiciũ & extraordinẽ age-

re eſſe ad aliquid, & quid ſignificent.

2 Sublatis formulis antiquis extraordinem agi cœptum eſſe.

3 Actionem dari aut impetrari quid dicatur.

4 An ſublata impetrandæ actionis neceſſitate cõſtitutione Impp. Theodo. & Valent.[a] remanſerit nominandæ in iure actionis neceſſitas, & an actionis nomen in iure exprimendum ſit.

a l.fi.C.de for.ſubl.

5 Moribus noſtris introducta iudicia omnia extraordinaria eſſe.

6 Extraordinarium iudiciũ in iure quod frequẽtius dicatur.

7 Criminalia omnia iudicia cur extraordinaria dicantur.

8 Verba extraordinẽ & criminaliter cum ex maleficiis agitur, conuerti.

9 Extraordinaria pœna quæ dicatur.

Caput Tertium.

VErbum autem extra ordinẽ agere, aut extraordinarium iudiciũ, in iure fere ad aliquid dicitur, & extraordinẽ agi dicitur, quoties ſollemnis eorum iudiciorum ad quæ relatio fit, ordo non obſeruatur. Itaq; omnia omnino iudicia in iure noſtro extraordinaria aliquando dicuntur,[a] non ſolum criminalia, verum etiam ciuilia, facta videlicet relatione ad antiquorum iudiciorum. Criminalia quidem quod antiquus ille ordo exercendorum capitalium iudiciorũ in vſu eſſe deſierit,[b] (de quo alibi nonnihil me dictum eſt)[c] ſucceſſitque iure no- 1

a §.fi.inſti.de inter.& inſt.ĩprincip de ſucceſſ.ſublar.
b l.ordo.ff.de pub. iudi.
c libr.ii. cap.v. de iuriſ.& impe.

ſtro alius. Ciuilia vero quod formularum ſuperſtitioſa captioſaque ſollemnitas,[a] quæ vel totius cauſſæ periculo, ad ſyllabam obſeruanda erat priſcis illis obliteratiſque pene tẽporibus, iure noſtro reſecta ſit, [b] proptereaque iurecõſultus ait,[c] nihil intereſſe directa quis an vtili negotiorũ geſtorum actione agat. Plane (inquit) in extra ordinariis iudiciis vbi formularum conceptio non obſeruatur, (qualia videlicet omnia iudicia ſunt [d]) hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. Nam ſi extraordinaria illa ſunt iudicia in quibus formularum conceptio non eſt neceſſaria, ommia iam eſſe neceſſe eſt,[e] de huiuſmodi autẽ formulis nonnihil apud Alciatum reperias.[f] Sublatis autẽ formulis, ea tamen eo tempore quo iudicia ſub prætoribus agitabantur, vſque ad Theodo. & Valent. imperiũ [g] iudiciorum ſollemnitas erat, vt primum a prætore actio impetraretur quam aduerſarium in ius vocare liceret, tum vt ei actio nominatim ederetur, quãuis amittende cauſſæ periculum (vt antea) propter formulã male conceptam non ſubeſſet. Quod autem actio impetrãda erat non habet hãc ſignificationẽ, vt prætor actionẽ quæ nulla alioqui eſſet nullaque iure competeret, daret (quam doctores noſtri datiuã vocãt)[h] ſed quod actionẽ quamuis mero iure actori competentem, exercere, ageve permitteret, nec niſi prætoris iuſſu illi agere fas eſſet, quemadmodum & rectiſſime Alciatus docuit. [i] Atque ita interpretanda ſunt omnia fere prætorum edicta interdictaque, cum dicitur, actionem aut iudicium dabo, id eſt per me agere licebit. Cuius rei inſtar nonnihil, hodie quoque obeſeruatur, id fit, cum per cõmiſſionem quis (vt dici ſolet) adiornatur. Itaque actionem dare, nihil aliud eſt quam dare cõmiſſionem, actionem, impetrare, nihil aliud quam leuare aut obtinere commiſſionem, vt dies reo dici poſsit. Cum itaque impetrandæ actiõis neceſſitas Theod. & Valent. conſtitutione,[k] ſublata

a l.i.§.deinde ex his.ff.de orig. iur.
b l.i. de formul.ſubla. C.
c l.actio. nego.ff. nego.geſt.
d d.§.fi.&.d.l.i.
e d.§.fi. &.d.l. actio.
f Alcia.in .l.pecuniæ verbũ.§. actionis.ff. de verbo ſignifica.
z
g l.fi.C. de form. ſubl.
h doct. in. l. iuris gẽtium.ff. de pac.
3
i Alcia.lib.iiii. diſpunct.cap. fi.
k d.l.fi.

Digitized by Google

ſublata fuerit,rurſum extraordinem agi cœptum eſſe di
cemus. Verum cum ſublatis formulis impetrãdæ actio
nis neceſſitas eiuſdemque nominatim aduerſario eden- 4
dæ ſupereſſet,vſque ad Theod.& Valét. tempora,quæ-
ri ſolet an eorum conſtitutione non ſolum impetrandæ,
ſed etiam nominatim edendæ actionis neceſſitas reſecta
fuerit,hoc eſt quod quæri ſolet,[a] An iure ciuili actor no
men actionis exprimere in iure debeat? & quidem com
munis ea eſt ſententia vt non debeat. Ego vero Accur-
ſio & Iaſoni adſtipulor,[b] contra cenſentibus,ſupradicta
enim cóſtitutio,[c] quæ impetrationem actionis abſtulit,
nominandæ competentis & aptæ negotio neceſſitatem
reliquit,vt ex illius ipſius verbis manifeſte adparet. Cũ
itaque moribus noſtris introductum iam ſit,vt ne nomi 5
nari quidem actio debeat,ſed ſufficiat ita rem ac nego-
tiũ proponere,vt adparere iudici poſſit quæ inde actio
naſcatur,& aduerſario vtrum contẽdere an potius cede
re debeat,rurſum iudicia omnia noſtra hac ratione ex-
traordinaria adpellare poſſumus. Verum illa extraordi-
narii iudicii ſignificatio paulo in iure rarior eſt:hæc au-
tem frequentior,eaque de ciuilibus cauſſis maxime dici 6
ſolet, vt omne iudicium quod præter iuris communis
diſpoſitionem vel conceditur, vel exercetur,extraordi-
narium adpelletur.Hoc eſt quoties is ad agendum ad-
mittitur cui mero iure agere non permittitur, vel quo-
ties iudicium præter vulgatum ac ſolitum iudiciorum
ordinem exercetur, Primũ ſic filiusfamilias extraordi-
nario iudicio viaticum ſuum mutuo datum repetit,[d]
quia is nullam mero iure actionem habet propter mu-
tuum datũ ſed pater,ideoque ipſo iure ei agere nó per-
mittitur, cũ nemo ſine actiõe iudicio experiatur,[e] vt &
quoties filiuſſa,ad agẽdum admittitur ex qua cauſſa nõ
ei ſed patri actio quæſita eſt.[f] Quare huiuſmodi iudiciũ
vtile dũtaxat dicitur, opinor quod vtilis actio filio ex-

a gl.&.doct.in.l.i. ff.de eden.

b gl.& Iaſ.in.d.l.i.

c d.l.fi.

d l.cum filiuſſa ff. ſi cer.peta.

e l.ſi pupilli.§.ſi.ff. nego.geſto.

f l.ſi longius.§.i. vbi glo.ff.de iud.

Digitized by Google

traordinem detur, quæ patri directo competit, ſic patri cui legatum relictum eſt vt filios ſuos emancipet, legato agnito emancipare iubetur extraordinem,[a] quia ipſo iure non cogitur. Qua ratione Accurſius extra ordinem agi exiſtimat,[b] quoties iudicis officium pro actione intenditur, quemadmodum & Alciatus optime elegatiſſimeque tradidit,[c] quod ſane veriſſimum mihi videtur, & ſic titulum de variis & extraordinariis cognitionibus accipio. Sic poſtremo auxilium,[d] remediumque[e] extraordinarium adpellamus, quod extrinſecus ac præter iuris communis diſpoſitionem conceditur, vt ſi minor in integrum ideo reſtituitur, quia aut dolo malo, aut per vim,[f] aut vltra dimidiū iuſti præcii,[g] deceptus eſſe proponatur, ordinarium id erit auxilium, quippe quod omnibus ex æquo conceditur, & ex iuris cōmunis diſpoſitione,[h] verum ſi ex iuſto contractu damnum citra dimidium iuſti precii acceperit, hic extrinſecus quærendum eſt auxilium, non enim hoc caſu communiter omnibus concedi ſolet, ſed minoribus tantum, idque præter iuris communis diſpoſitionem, cum iure communi nemo reſtitueretur,[i] erit igitur hoc extraordinarium auxilium: eadem ratione dicemus extraordinariam eſſe exceptionem, nequis niſi inquantum facere poteſt conueniatur,[k] imo denique oīa priuilegia extraordinaria dicere merito poſſumus. Quoties ergo preter iuris communis diſpoſitionem iudicium conceditur, vt in ſuperioribus exemplis, vbi mero iure actio non competit, etiam ſi præterea in ea intendenda agitandaque ſolitus iudiciorum ordo obſeruatur, vt in ius vocatio, libelli oblatio, litis conteſtatio, dilationes ordinariæ. &c.[l] iudicium nihilominus extraordinarium dicemus. Ex cōtrario quoque iudicium extraordinarium eſt, quod et ſi ipſo iure conceditur, ipſoque iure ius agendi competit, tamen præter ſolitum communemque iudiciorum ordinem exer-

a l.ſicui legatū de cōdit. &.demōſt.

b gl.in.d.l.ſicui & l.cum ſi.iuſſa.

c Alcia.in.d.l.pecuniæ verbum §. actionis. ff.de verbo.ſignifica.

d l in cauſſæ. ii.ff de minoribus.

e l.ii. C.de inſt. & ſubſi.ſubcōd. furt.

f totis titulis de dolo malo & quod metus cauſſa. &c.

g l.ii.de reſc.vendi.C.

h ſic eſt ratio i. d. l.in cauſſæ.

i l.ſi voluntate. C. de re.cind. vēdit.

k l.ſunt qui. ff.de re.iud.

l glo.& doc. in. l. prolatam.C. de ſētent.& interlocut.

Digitized by Google

-cetur. Sic omnes omnino ſummariæ cauſſæ extraordina
riæ dicuntur, quod in his de plano, prætermiſſoque ſo-
lemni ac ſolito iudiciorum ordine procedatur.[a] Hac ra
tione omnia iudicia criminalia ſpecialiter extraordina-
ria dicuntur, quia videlicet hæc nec per actiones ordi- 7
nantur, nec omnino quidquam ſimile cum iudiciis cō-
munibus habent,[b] ſed iure ciuili præſcriptus iudiciorū
ordo in his negligitur: neque enim fere citatur reus, nec
libellus offertur, nec ordinariæ dilationes cōceduntur,[c]
&c. ſed initio accuſator in crimen ſubſcribit,[d] mox reus
in carcerem cōicitur, ſi tamē delicti delinquentiſve qua
litas permittat,[e] & ex vinculis cauſſam dicit, omninoq;
nihil ſimile (inquam) in his cum iudiciis cōmunibus re-
perias. Ideoque quoties in iure cum de maleficiis agitur,
extraordinem animaduerti, puniri, plecti, caſtigari, co-
erceri, extraordinem cognoſcere, extra ordinariam pœ- 8
nam, animaduerſionem, aut his ſimilia legimus, quorū
omnium tam crebra in iure mentio eſt,[f] nō de pecunia-
ria quacunque pœna, etiam ſi fiſco adplicanda ſit (vt ſu-
perius docuimus)[g] ſed de criminali pœna, id eſt corpo-
ris aut eſtimationis intelligemus.[h] Planeque verba ex-
traordinem & criminaliter, cum de maleficiis agitur, cō
uertuntur, hac ratione, quod quoties pecuniarie agi-
tur, etiam ſi ex maleficio, partes ad ius ordinarium re-
mittuntur,[i] id eſt pecunia iure ordinario obſeruatoque
cōmuni ac ſolemni iudiciorum ordine, & coram iudice
cui de re pecuniaria notio eſt petitur,[k] At vbicūque cri
minaliter agitur, nullo communium iudiciorum ordine
ſeruato agitur,[l] & coram iudice cui de re criminali no-
tio eſt.[m] Adeo vt etiam vulgo dici ſolitum ſit, in extra-
ordinariis nullum ſeruari ordinem, cum ipſum demum
ordinem eſſe. Neque vero quis exiſtimet extraordina-
riam pœnam eam ſolam dici cuius modus in arbitrio
iudicis ſit, legitima videlicet, ordinariaque deficiente,[n]

a clemen. ſæpe, de verb. ſignifi. in clement.

b de pub. iud. inſt.

c vt in autēt. offeratur, delit. conteſt. C.

d l. accuſatiōis. C. de accuſat.

e l. i. ff. de cuſto. reo.

f l. i. de priua. deli. l. lex Iul. §. fi. ad l. Iul. repet. l. ii. §. fi. l. hodie de pœnis. l. ii. & iii. §. pœna de crim. ſtel. l. i. & iii. de cri. expil. here. l. ab imperatore de preuaricato. l. fi. de iniur. l. fi. de furt. l. fi. de priua. delict. ff.

g ſupra cap. i.

h l. ſiquis forte §. fi cum iiii. l. ſeq. ff. de pœnis.

i d. l. fi. de priuat. del. ff.

k l. defuncto §. fi. de pub. iud. ff.

l inſt. de pub. iud. l pri. d. l. fi & l. di uus de crim. expil. hered. ff

m l. i. de off. p. ſf. vrbis ſuū. l. i. §. fi. de pœnis. ff.

n vt glo. l. i. de accuſat. C.

Digitized by Google

9 vt accidit in omni ſtellionatu.[a] Nam ſacrilegii certa pœ
na eſt, capitis nempe,[b] & tamē extraordinaria dicitur,[c]
rei terminorum motorum certa pœna plectūtur,[d] & ta
men id extra ordinem.[e] Porro quoties in crimen inſcri
bitur, extraordinem agi intelligimus,[f] & tamen multa
ſunt crimina quæ certam ſtatutamque a lege pœnam ha
bent, vt fere omnia crimina publica.[g] Igitur omnis ſo-
laque pœna non pecuniaria, ſed corporis aut æſtimatio
nis, extraordinaria dicitur, etiam ſi ordinaria id eſt cer-
ta & a lege ſtatuta ſit, dicique poterit eadem pœna ordi
naria, iuxta Accurſii[h] ſententi am, quod certa & a iu-
re ſtatuta ſit, & extraordinaria quod in ea ſtatuenda cō
munis iudiciorum ordo non obſeruetur.[i] Rurſum ergo
criminalis & extraordinaria pœna conuertuntur.[k] Ex-
traordinaria autem dicuntur omnia crimina nec legi-
tima, quæ innominata adpellant,[l] nō quod iis certa pœ
na ſtatuta non ſit (vt ſenſit Accurſius)[m] quamuis certam
pœnam non habeant,[n] nam eadem ratione furti, & iniu
riarum, & expilatæ hereditatis crimina, extraordina-
ria dicenda eſſent, quæ tamen priuata ſunt delicta,[o] qua
re non extraordinaria, ſunt enim diuerſa vt ex diuerſis
titulis colligitur, ſed quia legitima non ſunt ac præter
iuris criminis diſpoſitionem accidunt, nec ſpecialiter
in iure de his cautum quidquam aut ſcriptū eſt, hoc eſt
quia titulus his deeſt,[p] quod proximo capite declarabi-
tur. Sic & mandatum extraordinarium dicitur, quod ta
le eſt quale iure communi ac regulariter dari nō ſolet,[q]
Nempe cum abſoluendi non etiam condemnandi pote
ſtas delegatur, nam aut vtrumque aut neutrum delega-
ri, ex contrariorum natura debet. Ex ſuperioribus igi-
tur adparet quem hodie proceſſum extra ordinarium
vulgo adpellamus, aut viam extraordinariam, dici cum
criminaliter & non pecuniarie tantum agitur, etiam ſi
ex delicto, ſed de his hactenus.

a l.pe.§.fi.ff.de crimi.ſtell.
b l.ſacrilegi.ff.ad l.Iul.pecu.
c l.iii.§.i.eo.titu.
d l.ii.ff.de term.moto.
e l.i.de accuſat.C.
f l.fi.de priua.delict.l.fi.de furt.ff.
g toto titu.de publi.iud.inſti.
h gl.l.hodie.ff.de pœn.gl.l.i.C.de accuſat.ſic.l.i.C.vbi de cri.agi.opo.&.l ab imperatore.ff.de præuaricator.
i Inſt.de pub.iud. in princip.gl.l.i.§.fi.de pœn.ff.
k l.fi.de furt.ff.
l gl.l.& in priuatis ad ſenat.turpl.
m gl.d.l.hodie.
n l pe.§.fi.de crimi.ſtellionatus.ff.
o l.licet.§.i.de procura.l.i.de priuat.deli.ff.
p d.l.pe.
q l.ſolet.ff.de offi.proconſ.

Digitized by Google

1 Delictorum diuiſio.

2 Quid contractus nominatus anonymuſve.

3 Non eadẽ ratione dici poſſe delictum crimenve nominatum innominatũve qua cõtractus.

4 Quid delictum nominatum innominatumve.

5 Rectius diuidi delictum in legitimum, & nec legitimum ſiue extraordinarium quam in nuncupatum & anonymum.

Caput quartum.

Onſequẽs eſt vt videamus quæ ſint publica iudicia, quæ priuata delicta & quæ ex- 1
C traordinaria crimina. Igitur delictum omne aut nominatum eſt, aut (vt doctorum verbis vtar)[a] innominatum. Nominatum, diuiditur in publicum iudicium & priuatum delictum, innominatum omne extraordinariũ adpellamus. Quod ad delicti nominationem attinet, non tam exacta neceſſaria eſt quam in contractibus, imo vero non eadem ratione delictũ & contractus nuncupata dici poſſunt. Nam contractus ideo nominatus dicitur, quia habet ſpecificum & (vt cum doctoribus loquar)[b] elegans, id eſt 2
infimæ ſpeciei quam ſpecialiſſimam vocant, rectius iure conſultus nominatum contractũ adpellat cum qui proprium nomen habet, proprium autem nomen eſt quod vni ſoli contractus ſpeciei conuenit, vt emptio vẽditioque, mutuum, commodatum, depoſitum, mandatum, locatio conductioque, ſocietas, pignus, ſtipulatio[c] &c. ſingula hæc infiææ cõtractuum ſpecies ſunt, nec niſi de in-

a gl. & Bar. in. l. & in priuatis. ff. ad ſenat. turpil.

b doct. & potiſſimũ Iaſ. in. l. iuris gẽtiũ de pact. ff. gl. rub. de rer. permuta. C.

c l. i. §. fi. & l. iuris gẽtiũ in prin. ff. de pact.

diuiduis prædicari poſſunt,nec eorum aliquod de dupli ci contractus ſpecie dici poteſt,ſed ſingula vnicam duntaxat contractus ſpeciem continent : ideoque nominati contractus dicuntur. Donatio vero genus eſt, [a] continet enim legatum , [b] mortis cauſſa , & inter viuos donationem , quæ plures diuerſæque ſpecies ſunt, vt ex diuerſis titulis eorum adparet . Similiter permutatio non ſolum conuentionem illá continet,vtvtrinque certa ſpecies tra datur (quæ ſpecialiter permutatio dicitur) [c] ſed etiam ſi de incerta re & in genere conuentio inita ſit. Itaque con tinet innominatum contractum do vt des , quinimo vi quidem ipſa emptionem cóplectitur. [d] In ea enim mercis & precii permutatio quædam eſt,emptioque ex permutatione originem ducit. [e] Quare hæc ſimiliaque com merciorum genera innominata dicuntur. Quod ſi ad eá
3 diffinitionem nuncupatum delictum exigas,fere omnia innominata reperias,non ſolum priuata,ſed etiam ea ex quibus publica iudicia conſtituta ſunt. Etenim vel omnium primum,népe leſæ maieſtatis crimen, nomine carere docet neceſſaria periphraſis,eadem ratione vis publicæ crimen,vis priuatæ crimen, repetundarum crimé &c.Nomen enim non eſt niſi cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata , [f] idem eadé ratione de priuatis delictis, dicimus enim, crimen expilatæ hereditatis, crimen termini moti,crimen ſepulchriviolati &c.Hæc enim & plurima alia adſumpto generis nomine circumloquimur, quia videlicet propriú nomé deeſt:dicimus enim crimé maieſtatis,crimen vis publicæ &c. nam alia ratione deſignare non poſſumus. Itaq; in ſuo genere ſtant. [g] Sed vno nomine furtum,veneficium,homicidium, deſignantur, nec in his neceſſaria eſt vt in ſuperioribus periphraſis, proptereaque quodlibet nomen habere dici poſſunt. Idé accidit in contractibus quos nominatos ſuperius diximus, ſinguli enim nomé habent,nec ad eos deſignádos

a Iaſ opti.in.d.l. iuris gétium.
b l.legatú de leg. ii.ff.
c gl.in.d.rubr.de rer.permuta.C.
d Iaſ.in.d.l. iuris gentium.
e l.i.de contra emp & vé ff. & §. ité precú.inſt.eo. ti.
f Ariſto.
g d.l.iuris gétiú.

neceſſario genus eorum adſumimus, neque enim neceſſarium eſt ita circunloqui, contractum emptionis, contractũ mutui, ſed vno nomine ſinguli res ſuas deſignant. Qua ratione permutatio nomẽ habere videretur.[a] Verum non ſufficit vnico nomine & citra circunlocutionẽ adpellari poſſe, ſed oportet illud nomen infimæ ſpeciei nomen eſſe, hoc eſt quæ genus eſſe nulli alii poſſit. Non ergo dicemus delicta ſiue crimina innominata ea quæ proprium infimæque ſpeciei non habent, tantum enim abeſt, vt quæ vocant nominata delicta aut crimina (qualia ſunt omnia publica priuataque) proprium nomẽ habeant, vt ne nomine quidem vnico quanuis etiam non ſpecifico adpellari poſſint, vt ſuperius de crimine leſæ maieſtatis, vis publicæ &c. docuimus. Denique iniuria priuatum delictum eſt,[b] ergo non innominatum,[c] & tamen non habet ſpecificum nomen, nam omne omnino delictum vi quidem ipſa, iniuriæ adpellatio complectitur,[d] eſtque ſupremum ad omnia delicta genus quod generaliſſimum adpellant: qua ratione innominatum cenſeri delictum deberet, quemadmodum permutationem anonymam iam diximus. Sed innominata delicta (ſi in- 4
nominata vſquam dicantur,) aut potius extraordinaria ſunt quibus titulus deeſt,[e] id eſt de quibus nullus in iure ſpecialis propriuſqꝫ tractatus eſt, ſiue quæ iuri ciuili incognita ſunt, ſiue quæ ex nulla lege deſcendunt, ſiue de quibus in iure nihil ſpeciatim cautum aut ſcriptum eſt. Hæc enim omnia eodẽ pertinent. Etenim furta, iniuriæ, reliquaque omnia, quæ cõtinẽtur a titulo de priuatis delictis vſque ad titulũ de quæſtionib⁹. ff. exceptis his duobus de extraordinariis criminibus, & de crimine ſtellionatus, ſimiliter quæ continentur a titulo de priuatis carceribus, vſque ad titulum de requirẽdis reis, excepto de crimine ſtellionatus titulo. C. Hæc (inq̃) ſingula ſpecialẽ habent ſuum tractatũ, ſuum titulum, iure ciuili prodita,

a gl. in verbo faſcias. d. l. iuris gẽtiũ

b l. licet. §. i. de procura. ff.

c d. l. & in priuatis cum gl.

d l. i. ff. de iniuriis

e l. iii. de cri. ſtel. ff.

ex legibus,& iure ciuili aut prætorio deſcendunt, de his ſpecialiter in iure cautū eſt,ſunt igitur nominata , & qui in hæc incidunt,& qua pœna puniēdi ſunt, poſſumus ex eorum titulis tractatibuſq; fere cognoſcere. Præter hæc plurima alia ſunt delicta quæ cottidie admittuntur (neque enim omnia iure ciuili compræhendi poſſunt) [a] illa (inquam) de quibus iure ciuili nihil ſpecialiter cautum eſt,innominata ſiue potius extraordinaria dicetur. Vno aut fortaſſe altero exemplo res declarari poteſt apertius. Qui ita alienas nuptias ſollicitauit,vt adulterium commiſſum perfectumque ſit,admiſit is nominatum ordinarium legitimúve crimen, vt pote de quo ſpecialiter amplisſimoque tractatu in iure cautum eſt, [b] ſi perficere flagitiū non potuit,tamen alienas nuptias ſollicitando peccauit, [c] crimenque admiſit,quod autem admiſit,aut qua pœna is puniendus ſit,iure ciuili proditum ſpeciali titulo non eſt,erit igitur hoc crimen innominatum,extraordinarium,ſiue nec legitimum.Huius generis ſunt ea omnia de quibus agitur in titulis de extraordinariis criminibus,& de crimine ſtellionatus.ff.ſpecialiter enim de illis nihil iure cautum videtur,ſed generaliter confuſeque & quodammodo iure ciuili prætermiſſa videntur. Cum olim Solon Athenis de variis criminibus eorumq; pœnis leges tuliſſet,de paricidio autem nullam, interrogatus cur atrociſſimum ſceleratiſſimumq; facinus prætermiſiſſet,quia (inquit) lex ad ea fertur quæ accidere poſſunt,at nemo tam impius eſt, qui paricidium admittere poſſit.Fuiſſet igitur apud Atheniēſes innominatum, extraordinariumque crimen,paricidium. Sic intelligendū eſt quod imperator diſtinguit [d] quædā eſſe crimina quæ legibus,aut extraordinem coercentur,de nominatis aut innominatis potiſſimum illorum enim pœnæ certæ ac
6 legibus fere ſtatutæ ſunt,horum autem minime, [e] Verum ſiquis recte conſideret , ſupradictæ rationes non eo tendunt

[a] l.nō poſſunt.ff. de legib.

[b] ad.l.Iul.de adul. ff.

[c] l.i.de extraor. cri. ff.

[d] l.i.vbi de cri. ag.C.

[e] l.pe.§.ſi ff.de crimi.ſtellio,

Digitized by Google

dunt vt delictum crimenve nuncupatum anonymumve dici poſſit, ſed potius vt legitimum ordinariumve, & nec legitimum extraordinariumve: nec rurſum (vt nunc declaratum eſt, delictum nominatum innominatum ve dici poteſt, contractuum exemplo, quod proprium ſpecificumq; non habeat, aut nomen habeat. Itaq; ab antiqua doctorum diuiſione, cum toto iure delictum crimenve nominatum innominatumve non reperiatur, nec cur ita dicatur vlla ſatis vehemens ratio reddi poſſit, recedendum puto, atque ita diuidendum. Delictum omne aut legitimum [a] ordinariumve, aut extraordinarium ſiue nec legitimum eſt. [b] Legitimum ſiue ordinariũ eſt, cui titulus eſt, aut ex lege aliqua deſcendit, ſiue de quo ſpecialiter iure cautum eſt, & ſubdiuiditur in priuatum, & publicum, de quibus inferius. Extraordinarium ſiue nec legitimum eſt cui titulus deeſt, quod ita vt ſuperius declarandum eſt, id eſt, de quo ſpeciali titulo nihil iure cautũ aut ſcriptum eſt.

a d.l.iii.de cri.ſtellio.ff.

b tot.tit.de extr: cri.&.d.l.iii.ff.

1 Improbata Bartoli definitione iudicium tribus modis dici publicum.

2 Cur potius de publicis iudiciis quam de publicis criminibus titulus conceptus ſit, & declarata.l.i.ff.de pub iud.

Caput quintum.

E X publicis admiſſis publica iudicia cõſtituta ſunt. [a] Itaque quot modis in iure noſtro publicũ iudicium dicatur, quare proprie ſpecialiterq; publica iudicia ea adpellẽtur, quæ ex legibus publicorum iudiciorum deſcendũt, videndum eſt. In quibus omnibus non- 1

a l.i.ff.de pub.iu.

nihil a communi doctorum opinione recedamus oportet, quo propius ad iurecóſultorum doctrinam accedamus. Itaq; Bartolus quem pleriq; omnes ſequuntur ait,[a] publicum iudicium tripliciter dici. Primo ac largiſſime vt omne iudicium quod fit ad vtilitatem publicam, publicum dicatur.[b] Secundo (inquit Bart.) ac large quãdo quilibet de populo accuſare poteſt, vt de tutore ſuſpecto iudicium.[c] Poſtremo & quidẽ ſtricte ac proprie, & quẽadmodum accipitur (inquit) toto titulo, de publ. iud. ff. & inſt. in quo condemnatus infamis ſtatim efficitur, ea videlicet infamia quæ irrogatur ex prætoris edicto, de his qui notantur infamia. Vt priores duos modos prætereamus, de tertio qui magis ad rem inſtitutumque noſtrum attinet, videndum eſt. Qui ſane ſiverus eſt nullum omnino publicum iudiciũ proprie dictum erit, nam ea omnia ſumamus quæ iureconſultus proprie publica eſſe docet enumeratque,[d] nullum eorum toto prætoris edicto de his qui notantur infamia continetur, nec publico quocunq; iudicio damnatus, ex eo titulo infamia notatur, ſed is demum qui cum publico iudicio quem reũ feciſſet, calumniæ præuaricationiſve cauſſa quid feciſſe iudicatus erit:[e] id eſt præuaricator aut calumniator. Nec quiſquam crimine quod publici iudicii ſit dãnatus, iure prætorio notatur infamia, ſed ciuili:[f] voluatur totius ille titulus prætorius, de publico iudicio condẽnatis verbũ nullũ, nec litera vlla reperietur. Quod ſi prætoris edicto ea delicta cõtineri Bartolus intelligit (vt ſane intelligit) quæ quocunque caſu infament, vt ecce (inquit) Suſpecti tutoris accuſatio publica proprie nõn eſt, non enim ex prætoris edicto de his qui not. inf. tutor vt ſuſpectus remotus, infamia notatur, nec in eo cõtinetur, quod ex eo adparet, quia non quocunque caſu tutor vt ſuſpectus remotus, infamis efficitur, ſed tantum ob dolum.[g] At furti (inquit) & iniuriarũ, & omnium publicorũ iudiciorum

a Bar. in. d. l. i.

b vt in. l. interdũ. ff de publ. iudic. l. quod ſenatuſcóſul tũ de iniuriis. ff l. li citatio. §. quod illi cite de pub. & ve ctig. ff.

c §. cõſequẽs. inſt. de ſuſp. tuto. & d. l. quod ſenatuſcon ſultum.

d d. l. i.

e l. i. §. qui iudicio de his qui not. inf. ff.

f l. infamẽ. ff. de pub. iud.

g l. iii. in fi. l. hæc enim. ff. de ſuſpec. tut. §. ſuſpectus. inſtit. eo. tit.

damnati, quocunque caſu famoſi ſunt: ideoque ſub prætoris edicto continentur. Noua ſane interpretandi edicti prætorii ratio, necdum iureconſultis noſtra cognita, verum vt prætercam falſum eſſe quocunque publico iudicio damnatos famoſos fieri (vt ſuperius docui)[a] his conſequens erit, ſepulchri violati iudicium proprie ſtricteque publicum iudicium dici: cuicũq; enim agere licet,[b] & quocunque caſu infamiam irrogat.[c] Deinde, libelli famoſi denuntiatio publica eſt, & vnicuique conceditur, & quocunq; caſu libelli famoſi damnatus famoſus efficitur.[d] Adnumerabimus igitur hæc (ſi diis placet) publicis iudiciis quæ priuata eſſe nemini hactenus dubium fuit, & iudicia quæ proprie publica iureconſultus ſtatuit enumeratque[e] ſua fell a excludemus. Nam hæc prætoris edicto non continentur, nec de his verbum vllum in pretoriis edicto, nec ex eo infamiam irrogant. Iniuriarum autem actio ob libellum famoſum & continetur nominatim & irrogat: erit igitur publici iudicii. Sed ad ſingula rẽm illam prætorii edicti enarrationem redeo, ea videlicet ſub illo edicto contineri quæ quocunque caſu infamát. Vtrum quocunque caſu tutelæ, pro ſocio, mandati, depoſiti iudicio, an vero contrario tantũ damnatus,[f] vtrum quacunque ex cauſſa an vero ignominiæ tantum cauſſa, militia miſſus infamia notantur?[g] & tamen ii nominatim edicto continẽtur.[h] Quod ſi pro Bartolo quis reſpondeat, quocunque caſu tutelæ, pro ſocio, depoſiti, mandati, contrario iudicio damnatus, quocunque caſu ignominiæ cauſa militia miſſus famoſus eſt, ego viciſſim replicabo, quocunque caſu tutor ob dolum remotus famoſus eſt, quem tamen edicto contineri ille ipſe negat. Porro Bartoli in hac re doctrina nulla nec lege, nec ratione probatur, quamobrem enim publicum iudicium, ideo dicatur, quod damnatum infamet? neque enim publici adpellatio hãc habet ſignificationem, ſed a populo

a ſup. cap. i.
b l. iii. ff. de ſep. vio
c l. i. eo. tit.
d l. lex Cornel. §. fi. de iniuriis. ff.
e In d. l. i. ff. de pub. iud.
f l. i. §. qui p ſocio de his qui no. inf. ti
g l. ii. eo. tit. l. milites §. miſſionũ de re milit. ff.
h l. i. & l. ii. de his qui not. inf. ff.

a l.bona ciuitatis. ff.de verb.ſignı.in princı.de pub.iud. inſt gl.rub ff co.ti
b §.eſt & aliud de donat.inſt.l. defenſore, de defenſ. ciuitat.C.

deducitur,[a]oportet autem nomē conueniens eſſe rei nec temere imponi. [b] Itaque puto rectius ita diſtinguēdum, vt iuxta ipſius nominis vim & iureconſultorum doctrinam publicum iudiciū tribus modis dicatur. Primo vt omne iudicium in quo de maleficii vltione pœnaq; agitur,ſit quodammodo publicum, quanuis non omnibus accuſatio actiove permittatur, vt in priuatis delictis accidit,[c] ea videlicet ratione,quod ad remp. pertinet maleficia (vt inferius pluribus probabitur) puniri. Verum id nominatim (vt opinor) publicum iudicium raro dicitur,quinimo nominatim publicum non eſſe iudicium legimus. [d] Sed quoniam iudiciū in quo ex maleficio de re familiari agitur priuatū dicitur, [e] cogimur ex oppoſitorum natura [f] quodammodo publicum iudicium dicere,in quo de maleficii vltione agitur,quia illud ad rem familiarem priuati pertinet,hoc ad rempublicam &pro publica vtilitate exercetur.[g] Altero modo publicum iudicium dicitur,quoties agēdi accuſandive poteſtas cuiuis e populo conceditur.Sic vbicunque popularis actio intenditur,publicum iudicium ex vi verbi dicetur,iudicii enim verbum tam ad ciuile quam ad extraordinariū, (vt ſuperius viſum eſt) pertinet, [h] & publicum a populo deducitur,quod omnibus patet.Sed rurſum huiuſmodi iudicia publica nominatim dici rariſſime lectum eſt,ſed cū agitur pecuniarie & actio cuiuis cōceditur,populare id iudicium dici ſolet,[i] ſi criminaliter nec tamē proprie publicū iudiciū ſit,accuſatio quidē[k] aut queſtio[l] publica dicitur, ſemel publicū iudiciū legere memini. [m] Tertio nec fere aliter in iure reperias,publicum iudiciū dicitur, quod ex legibus publicorum iudiciorum deſcendit, ita iureconſultus diffinit, id eſt in quo aliquod eorū admiſſorū vertitur,quæ enumerātur in tit.de pu.iud.inſt.addito ea noua cōſtitutiōe hereſeos crimine,[n]de quibus diſſerendū amplius eſt.Sed prius illud ſcire operæpreciū eſt.

c gl.l.fi.de priua. deli.& ar. in rub.de po. ul.actio.ff.

d l.ſtellionatus de extraor. cri. et.l.1. ff.de pub.iud.
e l.infamē de pub. iud.l.iii. de cri.ſtellio.ff.
f l.fi.§.fin.de leg. iii.ff.
g l.licet.§.1.de procura.ff.

h ſup.cap.ii.

i ſup.cap.xiiii.
k tot.tit. de pop. act.ff.& l.ſiquis id quod.ff.eo.
l d.l.1.§. cōſequēs de ſuſp.tuto.
m d.l.quod ſenatuſcon.
n l.manicheos.C. de here.& manic.

Google

Cur potius de publicis iudiciis titulus conceptus eſt, q̃ de publicis criminibus.ff. & inſti. Sane quia iudiciũ dici tur tã de eo quod ciuile eſt quã, quod criminale,[a] ideo que ſub eo continentur, lex Iul. de annona, & reſiduis, quæ non eſſent cõtentæ ſub verbo criminis, cum ex his non niſi ciuiliter agi ſuperius probatum ſit.[b] Propterea que iureconſultus diſerte dixit,[c] non omnia iudicia in quibus crimen vertitur, id eſt in quibus agitur crimina liter, publica ſunt, ſed ea (videlicet iudicia) quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, nec repetiit, ſed ea in quibus verſatur crimen quod ex legibus publicorum iudiciorum deſcendit, quandoquidem non eſſet complexus ſupradictas leges Iul. de annona & reſiduis, cum in eis crimen non vertatur[d]. 2

a ſuþ. cap. ii.
b ſupra caþ. i.
c l. i. ff. de pub. iud.
d ſupra cap. i.

1 Vnde publica iudicia dicũtur & Vnde priuata.

2 Quid ſit publici iudicii executio.

3 Cur adiecta ſit dictio plerumque, ab imperatore cum ait publica iudicia ideo dici quod eorum executio cuiuis ex populo plerumque datur.

Caput Sextum.

1 d E publicis iudiciis dicturus id mihi citra controuerſiam ac liberaliter impẽſentia cõcedi velim, quod poſthac veluti contradicto iudicio obtinere ſpero, publica iudicia ea ſola eſſe quæ enumerantur ab Imperatore,[a] & in iureconſulti reſpõſo,[b] de cui⁹ fine inſcite detracta eſt lex fauia de plagiariis, & addito hereſcos crimine, quibus additis tredecim numero tantum ſunt, ni

a toto titu. de pub. iud. inſt.
b l. i. ff. eo. titu.

Digitized by Google

ſi quis ſepulchri violati iudicium noua conſtitutione publicum eſſe dicat(de quo inferius dicem⁹)[a] tametſi in ea omnino ſentētia non ſum. Nunc cur ea iudicia proprie ſpecialiterque inter cætera publica dicantur, videndum eſt. Et Accurſius eadem ratione publica dici exiſtimat, qua & ſuſpecti tutoris iudicium.[b] Quod ſi in vtriſque eadem ratio eſt, cur non ex æquo publica iudicia ſunt?[c] & tamen ſuſpecti tutoris publicum proprie iudicium eſſe negant.[d] Quo(vt opinor)argumento doctores noſtri moti, cur huiuſmodi iudicia proprie ſpecialiterq; publica dicta ſint aperte nō definierūt. Animaduertebāt enim ſi ideo publica adpellarentur quod cuiuis e populo paterent, fatendum eſſe plura eſſe quam iure prodita ſint publica iudicia. Nam ſepulchri violati,[e] termini moti,[f] ſuſpecti tutoris,[g] iniuriarum ob libellum formoſum,[h] vnicuique iudicio experiri permiſſum eſſe, quæ tamen priuata eſſe negare nō poterant. Itaque ne imperatoris quidem rationem[i] amplecti ſatis tutum exiſtimarunt, ne in luto hoc hererēt. Nos autem imperatori ſubſcribamus, ideoque publica huiuſmodi iudicia (de quib⁹ agimus) dicta eſſe fateamur, quod cuiuis ex populo executio eorum plerumque datur. Reliqua autem legitima ſiue ordinaria delicta(quæ hactenus ſine ratione nominata nominauere)priuata adpellata eſſe, ex oppoſitorum natura dicemus, quod eorum executio ſingulis, ſiue iis tantum ad quos ea res pertinet, quique priuatam iniuriam perſequuntur datur. Executionem autem(de cuius verbi declaratione tota res pendet)criminalem accuſationē voco, neque enim fere aliter tota ea iuris ciuilis parte quā ſpecialiter ſanctionem adpellamus,[k] reperias,[l] nam & alias adulterium publicū iudiciū dici legimus,[m] quod eius delatio, omnibus ſine aliqua legum interpretatione conceditur. Delationem autē criminalis cauſſæ eſſe inter omnes cōſtat[n]. Quo fit, vt executio publicorū iu-

a infra cap. xii.

b gl. in verbo. publica de publi. iudic. inſt.

c l. a titio. ff. de verbo. oblig.

d Bart. in. l. i. ff. de pub. iud.

e l. iii. de ſepul. viola. ff.

f l. fi. de term. moto. ff.

g §. conſequēs de ſup. tuto. inſt.

h l. quod ſenatuſconſultum. ff. de iniur.

i de pub. iud. inſt. in princip.

k §. ſanctę de rer. diuiſi. inſti.

l l. i. l. qui iudicio. l. hi tamen omnes ff. de accuſa. l. & cū de vi. pub. l. ii. de calumnia. ff.

m l. qui adulterii C. ad. l. Iul. de adul.

n l. libellorū verſi. & gn̄aliter de accuſa. ff. l. cū rationibus. l. ſiquis ex familiaribus. C. de his qui accuſ. non poſſ. cū ſimilibus l. in omnibus cauſſis. ff. de p̄uaricat.

Digitized by Google

diciorum ſit de his criminalis accuſatio, quæ quidẽ cuiuis e populo conceditur, & hinc (inquam) publica iudicia dicta ſunt. Sed ex delicto priuato criminaliter agere, vt furti, iniuriarum, expilatæ hereditatis, ſepulchri, violati, termini moti, nemo niſi ad quem ea res pertinet poteſt,[a] atque hinc priuata dicta eſſe exiſtimo. Verum nõdum ea ratio prorſus explicata eſt, ſuper eſt enim dictio plerunque, diximus igitur ex imperatoris ſententia, publica iudicia ideo dicta eſſe, quod cuiuis ex populo eorum executio, id eſt criminalis accuſatio plerunque datur. Et Accurſi⁹ exiſtimat vt [b] adiectã eſſe dictionem plerunque, tum propter ſuppoſiti partus accuſationẽ, quæ parentibus tãtum conceditur, [c] tum propter adulterium, in cuius executione nonnulli iure quodam ſpeciali p̃feruntur.[d] Quod ad ſuppoſiti partus accuſationẽ pertinet nõ inepte (opinor) coniicit, ſed quod ad adulteriũ, non recte mea quidem ſententia. Nam ſi non omnibus adulterii accuſationem dari dicim⁹, quod in ea pater & maritus præferantur, conſequens eſt nullius publici iudicii executionem omnibus dari, dicendumque fuiſſe ab imperatore, quod eorum executio cuiuis e populo nunquam datur, non autem plerũque. Nam in cuiuſcunque fere criminis accuſatione, quam libet publici ſit iudicii, præferuntur ſemper nonnulli iure quodam ſpeciali,[e] vt ii potiſſimum ad quos ea res pertinet, quique priuatam iniuriam proſequuntur,[f] quod ipſi propenſiore iure, & maiore dolore facinoris vindictã executuri videantur,[g] Quamobrem dici poſſet præter Accurſii opinionem, adiectam eſſe dictionem plerumque propter legis Iul. de annona, & legis Iul. de reſiduis iudicia, quorum nulla eſt executio, id eſt criminalis accuſatio, ſed ciuilis tantũ actio, cum pecuniaria ſit ſola ex his condemnatio, vt & ſuperius probatum eſt,[h] niſi quis exiſtimet ex lege Iul. de annona (quod non puto) etiã criminaliter agi, quod

2

3

4

a gl. l. fi. de priua. delict. ff. Bar. i rub. de popul. act. ff.

b gl. in verbo plerũq; in princip. de pub. iud. inſt.

c l. lex cornel. §. i. ad. l. cornel. de fal. ff.

d l. quãuis. C. ad. l. Iul. de adulte.

e l. ſi plures. ff. de accuſa.

f l. ſepulchri. l. i. ff. de ſepul. viola.

g l. i. §. fi. ad l. Iul. de adul. ff.

h ſup. cap. i.

a vide.ſupra.ca.1. & Accurſius putat,[a] tunc enim dictio plerũque, propter
ſolam legẽ Iul. de reſiduis adiecta videretur, ac fortaſſe
ſuppoſiti partus accuſationem, nõ enim omnibus con-
ceditur.

1 Publicum quid, & vnde.

2 Quare publicarum legum potius quam priua-
torum reliquorumque delictorum iudicia
omnibus pateant.

Caput Septimum.

Peræ fortaſſe precium erit inquirere, cur
potius ex his admiſſis quæ publicorum iu
1 O diciorum ſpecialiter eſſe dicimus, iudicio
criminaliter experiri vnicuique iure con-
ceſſum ſit, curque eorum executiones ſi-
a ſupra.cap. pced. ue criminales plerumque accuſationes omnibus conce-
dantur, (vnde pulica iudicia dicta eſſe oſtẽdimus)[a] quã
furti, iniuriarum, omniumq; priuatorum delictorum,
b gl.l.ſi.ff.de deli. ex quibus his tãtum ad quos ea res pertinet, agi frequẽ
tiori calculo traditur, [b] cũ omnia maleficia puniri reip.
c ſup.cap.v. interſit, omneſque cauſſas in quibus de maleficii vltio-
ne agitur, publicas aliquando dicamus?[c] Et ſane ex ipſi-
us verbi ſignificatione colligendum eſt, non aliunde te-
mere cõiectãdum. Publica omnia & quæ in pecunia po
puli, vt vineæ, prata, prædiaque reliqua ciuitatis, & quæ
in vſu populi ſunt, vt plateæ, fora, theatra, &c. generali-
d l. bona ciuitatis &.l. inter publica ff.de verb. ſignifi. vbi Alcia. ter adpellantur. [d] Sic generaliter omnia iudicia in quib⁹
de maleficii vltione agitur, publica dici ſuperius retu-
e ſupra cap. vii. limus.[e] At quemadmodum quæ in vſu populi, proprie,
f d.l. bona. quæ vero in pecunia abuſiue publica dicuntur, [f] ita ea
iudicia in quibus maleficium aliquod quod ex lege pu-
blicorum

Digitized by Google

blicorum iudiciorum deſcẽdit, proprie, ſpecialiterque, in quibus autem quodcunque aliud vertitur, abuſiue publica adpellamus. Quod eorum igitur potius quam reliquorum iudicia omnibus patent, illa tandem ratio eſt, quod illa grauius remp. populumque ipſum offendere videantur, quam reliqua maleficia, vt quemadmodum quæ in pecunia populi ſunt, ad populum pertinere negari non poteſt, ſed ea magis populi eſſe cenſentur, quæ in vſu ſunt, ita omnia maleficia reip. populoque iniuriã adferunt, ſed hæc omnium grauiſſimam, quaſi vero illa priuatos primum, ac potius, deinde remp. hæc autem potius remp. ac principaliter offendere videantur. Priuatorum enim delictorum cum his admiſſa comparemus, id luculentiſsime adparebit. An æque iniuria ſimplex furtũ, terminus motus, expilata hereditas. & c. remp. lædant, populi quietem turbent, ac commoueãt, atque maieſtatis crimen, adulteria, ſtupra, vis, tum publica, tum priuata, homicidia, paricidia, veneficia, falſa, & id genus reliqua? illa priuatis ſinguliſve damnum potius quam reip. hæc in reip. populique exitium cõtẽdere vidẽtur.[a] Cum itaque omnium facinorum ſceleſtiſſima grauiſſimaque legumlatoribus hæc viderẽtur, conſtitutum eſt, vt cuiuis e populo eorum iudicia paterent, faſque vnicuique eſſet vindictam perſequi, perinde quaſi patrono populi reiq; publicæ, cuius intereſt, quam plurimos ad propulſandam iniuriã ſibi illatam admittere.[b] Ea ratio ſuaderi quaſi vero ſimilis potius quam iure aliquo probari cuicique poteſt Hæc igitur proprie ſpecialiterque publica iudicia dicuntur.

a argu. l. ſiquis ingenuã. §. in ciuilibus & gl. in verb. cõtenditur. ff. de cap. & poſtl.

b l. nam reip. ff. de ope. no. nũt.

1 Legis fauiæ de plagiariis publicũ eſſe iudiciũ.

2 Mutilam circunferri legem. i. de publi. iud. ff. deeſſeque in eius fine hæc verba, Fauiaria de

plagiariis.

3 Legis viſcelliæ publicum non eſſe iudicium.

4 Non ſubeſſe rationem vt eiuſdem legis pubicũ ſit iudicium.

5 Hereſeos proprie publicum eſſe iudicium.

6 Quæ publicorum iudiciorum lex eſſe dicatur.

Caput Octauum.

Amvero quæ proprie publica iudicia ſint
videndum eſt. Et ſunt ea quæ ex publicis
i legibus deſcẽdũt, quæ quidẽ leges duode
cim numero ſunt, quæ in iureconſulti re-
ſponſo enumerantur.[a] Sunt igitur illa pu
a l.1.ff.de pub.iud. blica iudicia omnia quæ in illo reſponſo (ſiquidem inte
grum ſit) exprimuntur. Nam non omnia contineri Ac-
b glo.& bar, in.d. l, 1. curſius & Bartolus [b] principes iuris ciuilis interpretes
authores ſunt, ſed deeſſe legis fauiæ de plagiariis, & viſ-
1 celliæ iudicia. Sane non eſt mihi dubium, legis fauiæ pu
blicũ iudicium eſſe, ſiue de plagio in liberum hominẽ,
ſiue in ſeruũ admiſſo agatur. Nam & Imperator Iuſtinia
nus nominatim, atque etiam ſub ipſo titulo de publicis
c §.eſt & iter iſt. de pub. iud. iudiciis exprimit.[c] Et publicum eſſe iudicium alii antea
d l. plagii ad leg. fau.de plag.C. Imperatores ſanxerãt.[d] Quinimo & pro publico iudi-
cio a iurecõſultis habitũ eſſe qui pãdectas digeſſerũt, ex
titulorũ ordine publicorũq; iudiciorum tractatu indi-
e tit.i.ad.leg.fa.de plag.qui eſt iter ti tu. ad. leg. Iul. de amb.& ad ſen. tur pil.ff, cãt.[e] Quare exiſtimo in fine eiuſdẽ reſponſi deeſſe hæc
verba, Fauia de plagiariis. Quod ſi legitimo nũero non
ea ſola deſideraretur, ſed plures pterea aliæ publicorũ iu
2 diciorũ leges deeſſent, exiſtimaſſem iurecõſultũ quoſdã
tãtum exẽpli gratia recẽſere voluiſſe, at cũ ea ſola deſit,
cũque titulus ad leg.faui.de plagia, poſtremo omnium

titulorum loco ſitus ſit, in tractatu publicorum iudicio-
rum,[a] non dubito librariorum aut incuria, aut inſcitia,
prætermiſſa eſſe in fine dicti reſpõſi ſupra ſcripta verba,
Fauia de plagiariis, meritoque reſtituenda, quibus adie-
ctis omnia publica iud cia iureconſultis cognita conti-
nebuntur. Nam quod ad legem viſcelliam attinet, puto
pulicum iudicium non eſſe, quia nec lege aliqua de hac 3
re cautum eſt, nec publica accuſatio inducta, quæ omni
no neceſſaria ſunt priuſquam iudicium ſit publicũ,[b] nec
ſatis vehemens eſt Bartoli [c] argumẽtũ, publicũ eſſe iudi
cium inde cõiicientis, quod inter eos titulos. C. in qui-
bus de publicis iudiciis agitur reiectũ ſit: Imperator enĩ
iuſtinianus, in eo volumine de publicis iudiciis tractatũ 4
a cæteris ſeparatum nõ fecit, ſed de omnib⁹ promiſcue
criminibus loquitur. Nam & de ſepulchri violati crimi
ne, & de aliis multis quæ nemini priuata eſſe dubiũ eſt,
inter publica iudicia tractat. Preterea hæc quæ in nume
rato publica iudicia ſunt, ideo publica conſtituta intro-
ductaque eſſe videntur, quod ipſius reip. populique prin
cipaliter iniuriam proſequantur, cum publicorum iudi
ciorum admiſſa cæteris potius magiſque in reip. exitiũ
tendere videantur, ſi quidem rationem prius [d] a nobis
relatã accipere quis velit, eã enim inuito nemini obtru-
dere velim. At nõ video quomodo libertinæ conditiõis
homo ad honores, dignitates, eaque officia quæ nõ niſi
ingenuis deferri ſolent, tacita conditione obrepens, tam
grauiter remp. offendat, quam publicorum iudiciorum
admiſſa. Nam quid reſpublica detrimenti patiatur, ſi in
ſuſtinendis honoribus ac magiſtratibus, etiam liberti-
ni admittantur, modo cætera idonei ſint? vt ingenio, do
ctrina cõſilio, prudẽtia, rerũq; experiẽtia? quãdoquidẽ
vel ſpurios in decurionum ordinem allegi non ſolum
ordini ſordi non eſt, verum etiam ex ipſius ordinis vſu
eſſe legimus.[e] Quid quod quæ Barbarius Philipp⁹ etiã

a ante tito. ad ſena tu. turpil. ff.
b l. iii. §. fi. ff. de præuaricat.
c Barto. in. d. l. i.
d ſup. ca. præced.
e l. generaliter §. fi. ff. de domo,

ſeruus Romæ prætor geſſerat, rata haberi nec retracta-
ri reipub. interfuiſſe reſponſum eſt?[b] Non eſt igitur le-
gis viſcelliæ publicum iudicium, nec conſtitutione, cũ
de ea re nulla lege cautum ſit, nec ſatis vehemens ratio
eſt cur publicis iudiciis adnumerari debeat. Nec plura
ſunt quam quæ in in ſupradicto reſponſo enumerátur,
quæ ſunt duodecim addita (vt ſuperius dixi) lege fauia
de plagiariis, niſi quod noua cõſtitutiõe,[c] hereſeos pro
prie publicum iudicium conſtitutum eſt, legitimũ enim
5 crimen eſt, cum titulum habeat,[d] & ex lege publici iu
dicii deſcendit, id eſt quæ & nominatim publicum iu-
dicium eſſe ſtatuit, & publicam accuſationem cuiuis ex
populo concedit, ea enim lex publicorum iudiciorum
lex eſſe dicitur,[e] cũ igitur ex aliqua lege publicorum iu
diciorum deſcẽdat, iudicium publicum eſt merito,[f] Sa
6 ne præuaricationis iudicium interim publicum eſt,[g] (vt
inferius videbimus,)[h] ſed quia id vnico demum caſu
contingit, non recte præuaricationis iudicium publicis
adnumerandum videbatur.[i] Vnde igitur publicum iu-
dicium, quot, & quæ ſint, cur ea potius quam cætera om
nibus pateant, quæ ſic lex publicorum iudiciorum, ſa-
tis dictum eſt.

b l. barbarius Philippus. ff. de off. pr.

c l. manichæos de here. & manich. C.

d tit. de her. & manich. C.

e d. l. iii. in fi.

f d. l. i.

g l. iii. ff. de præua.

h ea. x. nũero. iiii.

i argu. l. nã ad ea ff. de leg.

1 Idem admiſſum diuerſis rationibus conſidera-
tum in plures leges incidere

Caput Nonum.

1 Eruntamẽ vt quæ de publicis iudiciis ſuperius a nobis diſputata ſunt firmius ſubſiſtant, & quo eorum veritas clarius eluceſcat, diſſoluenda nobis ſunt nonnulla argumenta, quæ cum his quæ a nobis tradita

ſunt, velut ex diametro pugnare videntur. Quod ergo diximus publica iudicia ea eſſe quæ ex legibus publicorum iudiciorum deſcendunt,[a] id eſt his legibus quæ publica ea iudicia nominatim conſtituerunt, accuſandique poteſtatem cuiuis ex populo conceſſerunt.[b] Obſtat primum, ſepulchri violati iudicium, deſcendit enim interim ex lege Iulia de vi publica, & cuiuis ex populo accuſandi poteſtas tunc datur.[c] Deinde eadem ratione concuſſionis iudicium.[d] Præterea, ſuſpecti tutoris,[e] item iniuriarum ob libellum famoſum,[f] denique præuaricationis,[g] quæ tamen omnia priuata eſſe inter omnes conſtat.[h] Sane ſepulchri violati, & cōcuſſionis obiectiones, eadem ratione dilui poſſunt. Nemo enim eſt qui neſciat, idem admiſſum diuerſis anſis præhenſum, in diuerſas leges, diuerſaque crimina cadere poſſe.[i] Etenim qui cum telo pubes in publicum prodiit, vim publicam admiſit, teneturque lege Iulia de vi pub.[k] quod ſi idipſum hominis occidendi gratia fecerit, idem ſimul in legem Corneliam de ſicariis incidit,[l] tametſi altera tantū reus fieri poteſt.[m] Igitur ſi præſes (pote) vi armata quem concuſſerit, vt pecuniam ſimulata fortaſſe iuris executione extorqueret, ea concuſſio iudicii publici eſſe poteſt, teneturque præſes lege Iulia de vi publica, non quia concuſſerit ſimpliciter, ſed quia concutiendo vim armatam fecerit. Similiter, ſiquis ideo pecuniam acceperit vt a criminali quam minabatur accuſatione tēperaret, tenetur repetundarum, quia ob non accuſandum, pecuniā acceperit,[n] aut ſi concutiendi alicuius gratia, ad obligationem innocentis quis ſocietatem inierit, tenetur falſi.[o] Eadem ratione ſepulchri violati iudicium, publicū eſſe poteſt, non quia violatum ſit ſepulchrum ſimpliciter, ſed quia in eo violando aliud crimen admiſſum ſit, vt quia forte vi armata, aut cœtu conuerſo, aut turba ſeditioneve facta, nam hæ formæ in legem Iuliam de vi pub. inci-

a l.i.ff.de pub.iu.
b l.iii.de p̄uaricato.ff.
c l.ſepulchri violati crimē de ſep. viola.ff.
d l.ii.ff.de cōcuſſ.
e l.i.ad finē princ. iuſto-§-cōſequēs ff de ſuſp.tuto.
f l.lex Corne.-§.ſi cū.l.ſeq ff.de iniu.
g l.iii.ff. de p̄uaricato.
h gl.& Bar.in.l.i.ff de pub. iud.
i l.nūq̄ plura de priua.deli.ff.l.plura de act.& obli ff.
k l.iii. ad leg.Iul. de vi.pub.ff.
l l.is qui cū telo. ad leg.Cornel.de ſiccar.C.
m l.ſenatus.ff.de accuſat.
n l.eadē lege.ff.ad leg.Iul.repet.
o l.in princi.ff ad leg. Cor.de falſ.

a .li,ff.de cõcuſ. dunt. Sed concuſſionis ſimpliciter[a] aut ſepulchri violati iudicia, id eſt detracta quacunq; qualitate, priuata ſunt. b d.l.ſepulchri. Propterea que iureconſultus diſerte ait,[b] ſepulchri violati crimen poteſt dici ad legem Iuliam de vi pub. pertinere &c. declarans quemadmodum qui cœtu conuerſo turba ſeditioneve facta facit quominus quis initio ſepeliatur, in legẽ Iuliam de vi pub incidit, ita & is qui quocunq; modo, vi facta iam ſepulti violat ſepulchrũ: vtroque enim modo fit, quo minus quis ſepeliatur. Item concuſſionis (inquit)[c] iudicium publicum nõ eſt, ſed ſi &c. c d.l.ii. ſubiiciens falſi, repetundarumque exempla, quæ concuſſionem continent. Superioribus non abſimile erit, quod termini moti delictum priuatum eſſe conſtat, quid ergo ſi terminus motus ſit coactis hominibus aut vi armata? publicum erit iudicium, non quia terminus ſimpliciter motus ſit, ſed quia in eo mouẽdo vis publica commiſſa ſit. Admonẽdi autem ſumus, quoties idem admiſſum in priuatum publicumque ſimul iudicium incidit, non debere eum cui de ea re notio eſt permittere, publico iudicio per priuatum in quo de maleficii vltione agitur, non autem de re familiari, præiudicium fieri.[d] Itaque in ſuperioribus exemplis, cõcuſſionis, ſepulchri violati, aut termini moti iudiciis, locus non erit, ſed publicis de vi publica, aut repetundarum &c. Igitur concuſſionis, aut ſepulchri violati iudicia ſimpliciter publica non ſunt, ſed adiecta qualitate eſſe poſſunt.

d l.ſi tot. §.i.ff.de iniuriis.

1 Iniuriarum ob libellum famoſum iudicium nõ accuſationem ſed indicium proprie eſſe.

2 Indicare & denuntiare, ab accuſari verbo differunt.

3 Suſpecti tutoris iudicium.

4 Præuaricationis iudiciũ vnico caſu publicum, & cur eo caſu potius ſit.

Caput decimum.

INiuriarum autem ob libellum famoſum, 1
& ſuſpecti tutoris obiectiones eadem fere ratione reiici poſſunt. Siquidem cum imperator definit,[a] ideo publica iudicia dicta eſſe, quod eorum executio cuius e populo plerunq; datur, non ab re executionis verbo vſus eſt potius, quam indicandi denũciandive. Exequitur autẽ proprie iuſtus aduerſarius iuſtuſq; accuſator. In publicis igitur iudiciis accuſator ipſius admiſſi vltionẽ exequitur, id eſt is ipſe eſt qui pœnam proſequitur, & vni huic facinoris vindicta accepta ferenda eſt: litem peragit, omnia eo authore ac proſequẽte fiunt, iudicis autem tantũ partes ſunt cognoſcere, ac audiẽtiam accommodare ſuam, nihil autem proſequi. Verum non eſt ſimilis iniuriarum ob libellum famoſum executio, ſed libelli famoſi crimen indicare, ac denunciare cuiuis cõceſſum eſt.[b] Nam iudicis partes ſunt, ex officio ſuo indicatum crimen exequi, nec ſolum audientiam accommodare ſuam, ſed etiam proſequi litem, quaſi is iuſtus ſit aduerſarius accuſatorve, eoq; authore fiant omnia. Alter autem adſiſtere tantum cogitur[c] iudicemque inſtruit.[d] Planeque mihi perſimilis officialibus denunciantibus eſſe videtur: id quod ex iureconſulti reſponſo manifeſte colligitur. Non enim ait, qui libelli famoſi accuſaſſet, ſed qui indicaſſet.[e] Indicare autem accuſare non eſt, ſed rem arcanam in mediũ adferre, quod & indicium prodere dicitur.[f] Ex quibus conſtat latam eſſe differentiam inter indicandi, denuntiandive, & accuſandi verba,[g] nam & ſeruus ſocios delicti indicat,[h] qui tamẽ accuſandi nullã habet poteſtatem.

a In princ. de pub. iud. inſt.

b l. lex Cornel. §. ſi. verſi. & ei qui indicaſſet. ff. de iniu.

c l. ab accuſatione §. nũtiatores. ff. ad ſenat. Turpil.

d vt in. l. in qſtionibus. ff. ad leg. Iu. maieſta.

e d. verſic. Et qui indicaſſet.

f Budæus in. d. §. nuntiatores.

Z

g l. qui ſepulchra. de ſep. vio. C.

h l. ſi. ad exhib. ff.

Quo fit vt qui indicat denuntiatve, in crimen non ſubſcribat, quia is proprie crimen non obiicit, [a] ſed litis inſtructioni adeſſe adſiſtereque cogitur: ex his rurſum intelligi poteſt iureconſulti reſponſum quo cauetur. Nuntiatores qui per notoria, indicia produnt notoriis ſuis adſiſtere iubentur &c. Quanuis autem nuntiatores omnes in crimen non inſcribāt, tamen niſi verum ſit eorum
3 indicium, non impune ferunt.[b] Suſpecti quoque tutoris iudicium fere eſt huiuſmodi. Neque enim cuicunque licet recta apud præfectum vrbi, cauſarum omnium criminalium iudicem, [c] criminaliter accuſare, ſed tantum apud prætorem in vrbe,[d] & quanuis ea ſuſpitionis cauſa dicatur, quæ animaduerſionem requirat, non niſi (inquā) apud prætorem, & ad id tantum agere ac concludere, vt tutor remoueatur. Quod ſi prætor coram ſe eam proponi ſuſpitionis cauſam viderit, propter quam caſtigandus ſit tutor,[e] negotium ad præfectum vrbi remittit, coram quo nec in crimen inſcribere, nec criminaliter concludere pars cogitur, ſed tantum vt tutor remoueatur, agit, quæ autem ex eadem lite animaduerſionis præterea cōdemnatio ſequitur, ex iudicis officio proficiſcitur. Id quod ex toto titulo de ſuſpectis tutoribus colligi poteſt, & hæc lis fere ſimilis eſt iudiciis noſtris gallicis, quæ ex maleficiis proficiſcuntur, nā pars ciuilis ciuiliter tantum concludit, procurator autem fiſci eandem litem capitis æſtimat, partis igitur intenſio tam in ſuſpecti tutoris iudicio, quam in noſtris iudiciis ciuilis eſt. At in publicis iudiciis, eſt accuſator verus, iuſtuſque, & qui litem capitis ipſe æſtimat. Quod ad præuaricationem attinet,
4 inficiari non poſſumus publici eſſe iudicii, eo videlicet caſu, cum quis publico iudicio prioris accuſatoris præuaricatione iam abſolutum, reū iterum facere inſtituit, eius criminis cuius iam abſolutus eſt.[f] Nā lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur, vt nō prius accuſator ſecundus

a gl. d. §. nūciatores cōiūcta. l. ſicut crimē, ff. de accuſ.

b l. ea quidē. C. de accuſ. & inſcript.

c l. i. de off. pf. vrb.

d l. i. §. damus. ff. ſuſp. tuto,

e De qua re vide ſup. cap. vi. in fi.

f l. iii. de pūaric. ff.

cundus admittatur, nec aliter ius conſtituatur, quam is priorem accuſatorem ſuæ præuaricationis reum perege rit: erit igitur iudicium hoc publicum, cum ex lege publicorum iudiciorũ (Iul. nempe) deſcendat.[a] Eſt & optima ratio cur iudicii publici eſſe debeat. Nam hic ordo præuaricationis prius delegẽdæ obſeruatur, cum agitur de crimine publico iterum intendẽdo: at cum iudicium id publicum repetendi criminis, non alias concedatur, quam prius detecta ſit prioris accuſatoris præuaricatio, merito præuaricationis iudicium publicum erit, vtpote ſine quo ad publici iudicii repetitionẽ perueniri non poteſt. Verum cum præuaricationis iudiciũ hoc vnico caſu publicum ſit, multis autẽ modis aliis concedatur, non viſum fuit (vt iam dixi)[b] inter publica adnumerare. His paucis publicorũ iudiciorum tractatus abſolutus ſit, in quo quæ hactenus incerta fuerunt præter alia multa explicuimus, vnde publica iudicia dicta ſint, cur ex his potius quam cæteris publica accuſatio inſtituta eſt, poſtremo quæ & quot ſint publica iudicia.

a l. i. ff. de pu. iud.

b ſup. cap. viii. i ſi.

1 Quæ ſint priuata delicta.

2 Vnde priuata dicta ſint.

3 Cur potius de priuatis delictis quam criminibus titulus ſit conceptus.

Caput vndecimum.

Tranſeamus nunc ad priuata delicta, quorum cognitio facilis erit, ſi ea quæ de publicis iudiciis ſuperius tradita ſunt memoria tenuerimus. Igitur publica iudicia non plura ſunt quam tredecim, reliqua omnia 1

legitima delicta priuata ſunt,id eſt ea omnia quæ ſpecialem ſuum in iure tractatum titulumque habẽt,& de quibus ſpecialiter & non confuſe (vt in titulis de extraordi. crimi.& de cri.ſtell.) tractatum cautũ ac diſpoſitum eſt, præter publica iudicia,ſunt (inq̃)priuata delicta. Qualia ſunt ea omnia quæ toto 46.lib.ff.continentur,exceptis illis duobus titulis de extr.crim.& crim.ſtellio. In quibus de variis criminibus confuſe agitur, & de popularibus actioni. titulo.ff. Veluti,ſi iniuria, aut furtũ factum eſſe proponatur,ſi furti aduer.nautas caupo.&c.ſi familia furtum feciſſe dicatur,ſi de term.moto,de ſepulchro viola. de expilata hereditate,ſi de cõcuſſione, de præuaricatione,de abigeatu, crimen intendatur, priuatũ intendi delictum dicemus. Hæc enim omnia delicta legitima ſunt, id eſt ex lege aliqua deſcendunt,nẽpe aut iure ciuili, aut prætorio,aut ex principum conſtitutionibus,aut omnino ex aliqua iuris ciuilis parte,[a]cũ ſingula ſpeciales ſuos titulos tractatuſque in iure habeant:ideoque nõ ſunt extraordinaria,nec ſimiliter publica,cum ex legibus publicorum iudiciorum non deſcendant, [b] id eſt his legibus quæ ea publica eſſe ſpecialiter nominatimque introducant,& accuſandi poteſtatem cuiuis permittãt,[c] ſunt ergo priuata,cum plura non ſint delictorum genera. Et omnino quoties delictũ admiſſum eſſe proponitur, inſpiciendũ eſt an de huiuſmodi admiſſo ſpecialis in iure tractatus ſit aliquis, veluti ſi iudex dicatur gratia corruptus perperam iudicaſſe, de ea re ſpecialiter in iure cautũ eſt, ſub titulo nẽpe de pœna iudicis qui male iudicauit. C. hoc igitur delictum legitimũ eſt,deſcendit enim ex iure, non publicum cum nõ ex illis tredecim,ergo priuatum. Huc autem pertinẽt quæ ſuperius diximus.[d] Hac ratione priuata delicta a publicis iudiciis, & extraordinariis criminibus diſcerni poſſe exiſtimo. Sed cur ea priuata dicta ſint exquirendum eſt. Sane ex oppoſitorũ natura col-

a l.iii.ff.de cri.ſtel.

b l.i.ff.de pub.iud.

c l.iii.§ fi.de .ꝑuarica.ff.

d ſup.cap.iiii.

ligere licet, publica enim hinc dicta ſunt, quod eorum 2
executio omnibus plerunque datur, id eſt criminalis accuſatio, vt ſuperius pluribus declaratum eſt[a]. Igitur priuata dicentur quod eorum executio datur priuatis ſingulíſque, his videlicet ſolis ad quos ea res pertinet. Traditum eſt enim[b] nulli priuati delicti quenquam reum criminaliter facere iure permiſſum eſſe, niſi ei ſoli qui priuatam proſequitur iniuriam, quique ſpecialiter læſus eſſe proponitur. Ad huiuſmodi enim (inquit Accurſius)[c] de priuatis delictis accuſationem, cum criminalis ſit, extranei non admittuntur, quia (inquit ille) priuata ſunt, quaſi id ipſum nomen indicet. Cur autem his ſolis ad quos ea res pertinet de huiuſmodi delictis accuſare permittitur, ſimiliter ex cõtrariorum natura cognoſcemus. Nam publica accuſatio ex admiſſis publicorũ iudiciorum introducta eſt. quia iis reſpublica populus vniuerſitaſque grauius læſa eſſe intelligitur, At priuatorum delictorum admiſſa ad priuatos ſingulóſque potius pertinẽt vt ſuperius abunde probatum eſt.[d] Poſtremo cur de pri- 3
uatis delictis potius quam criminibus titulus conceptus eſt, ea ratio eſt, quia verbum criminis non niſi cum extraordinem ac criminaliter agitur, dicitur, at iniuriarũ, ſepulchri violati,[e] terminique moti quãuis ad vltionem pertineant, ciuiliter plerunque intentantur. Delictum autem ipſius facti ac facinoris peccatiq; nomen eſt, ex quo actio tum ciuilis tum criminalis naſci poteſt, quemadmodum ex maleficio ſuperius diximus,[f] itaque ſupradicta illa ſub nomine delicti continẽtur, quæ ſub criminis adpellatione non ita cõprehenſa eſſent. hac videlicet ratione ac contemplatione, quod ea ipſa ciuiliter intendi poſſunt, quo caſu ſub nomine criminis nõ cõtinerẽtur, cum illud ad rem extraordinariam ſiue criminalem tantum non etiam ad ciuilem pertineat.

a ſup.cap.vi.

b gl fi.l.i.ff de pri. del. Par. in rub. de popul. act. ff.

c d.gl.fi.l.i.

d ſup.cap.vii.

e l. prætor edixit. §.i. ff. de iniur. l. ſepulchri violati actio. ff. de ſepul. viol.

f ſup.cap.ii.

1 Sepulchri violati, tam ciuiliter quam criminaliter agi.

2 Cur ciuiliter ſepulchri violati agere vnicuique permiſſum ſit.

3 Eadem de termino moto.

4 Priuatorum delictorum vltiones extraordinarias tantum eſſe, nec fere pecuniarias, exceptis ſepulchri violati, termini moti, & iniuriarũ iudiciis.

Caput duodecimum.

1 Dmonẽdi tamen ſumus, nonnulla eſſe priuata delicta, quorum vltionem ſed eã quidem ciuilem demũ proſequi, cuiuis ex populo conceſſum eſt. Ea ſunt ſepulchri violati, & termini moti. Nam propter ſepulchrum violatum priuata actione in qua de re familiari agitur, quemadmodum ex reliquis omnibus maleficiis,[a] quod vi aut clã agitur:[b] in qua id venit quanti intererat ſepulchrum non fuiſſe violatũ. Idem de termino moto dicendũ. Aut enim furti condictione ſi furto ablatus ſit, aut alia actione damnum ſarcitur. Supereſt autem prӕterea ipſius maleficii vindicta, nam priores actiones illatum damnum ſarciunt, non maleficium vlciſcũtur. Eam (inquam) maleficiorum vindictã in cӕteris priuatis delictis, quia priuatam non publicam iniuriam continent proſequi, ei demum ad quem eas res pertinet cõceſſum eſt:[c] at ex his delictis licet ei qui iniuriam paſſus eſt, vel ciuiliter,[d] vel criminaliter,[e] facinoris vindictam proſequi, & prӕterea extraneo cuicunque, ſed ciuiliter tantũ.[f]

a l.fi.de priu.del. l.interdũ de pub. iud.ff.l.vnica.C. quãdo ciuil.act.
b l.ii.de ſep.vio. ffr
c ſup̃.cap.pximo
d l.ſepulchri violati actio.ff.de ſep. vio.
e l.fi.eo.tit.
f l.iii.eo.tit.

Quæ eſt autem huius conſtitutionis ſpecialis ratio? ſane in ſepulchri violati negotio ea eſt. Quod ſepulchra omnia religioſa ſunt,[a] itaque proxima[b] atque adfinia ſacris quæ iuris publici eſſe cõſtat.[c] Ideoq; ſepulchri violati delictũ, propter offenſam neglectãque religionem, cæteris priuatis delictis ad remp. pertinere magis videbatur, eſt enim ſacrilegio proximum,[d] & tamen priuatam potius iniuriam continere manifeſtum eſt. Itaque iuxta priuatorum delictorum regulas, executio eius, criminaliſve accuſatio, non niſi ei ad quem ea res pertinet concedi poteſt.[e] At quia eo maleficii vltionem prætermittẽte, cum nemo accuſare cogatur, indignum tamen erat, facinus hoc inter cætera impunitum remanere, introducta eſt a prætore ſepulchri violati actio cuicunque conceſſa,[f] cum criminalis accuſatio iure ciuili introducta, cuius dari iure non poſſet, propter priuatorum delictorum naturam, quæ eſt, vt eorum executio criminaliſve accuſatio ei tantum ad quem ea res pertinet (vt iam dictum eſt) concedatur, vt videlicet eo ad quem ea res pertinet facinoris vindictam non proſequente, alius tamen ciuilem ſaltem vltionem proſequeretur, poſtea vero criminalis accuſatio cuiuis noua conſtitutione,[g] conceſſa quibuſdam videtur. Itaque publicum proprie iudicium dici videretur,[h] verum ego in ea ſum opinione vt illa cõſtitutio, pecuniariæ tantum pœnæ proſecutionem cuiuis concedat; illicque accuſatiõis verbũ de pecuniaria proſecutione dicatur.[i] Idem de termino moto prorſus dicendum eſt, nam antea quidem pœna tantum extraordinaria erat,[k] ſed lege agraria poſtea lata ciuilis, eademque popularis actio, ſupradicta ratione conſtituta eſt,[l] pertinet enim quemadmodum & ſepulchrum magis cæteris priuatis delictis ad remp. Nam terminus omnis ex illo fortaſſe qui cum capitolium conſtrui inſtitueretur, immobilis ne Ioui quidem ceſſiſſe dicitur, propteraque cõ

a §. religioſum inſti. de rer. diuiſ.
b l. pergit audacia C. de ſep. viol.
c l. i. §. huius. ff. de inſt. & iure.
d d. l. pergit.
e glo. in l. fi. ff de priu. del. & ſup. ca. proximo dictũ eſt
f l. iii. de ſepu. vio. ff.
g l. qui ſepulchra. C. de ſepulc. vio.
h vt ſupra cap. vi
i ſupra cap. ii.
k l. agraria eo. tit.
l l. i. ff. de ter. mo.

ſecrat⁹ eſt, ſacer ſanctuſque quodá modo habitus eſt. Primus quoq; Numa poſſeſſionũ diffinitiões inſtitués, & vt fundos quiſque ſuos terminis circunſcriberet, eos ipſos lapides ſacros inuiolabileſque eſſe voluit, quos ſiquis violaſſet impune occidi poterat. His inquá rationibus, populares actiões ſepulchri violati terminique moti intro-
4 ductæ ſunt. Illud autem generaliter notandum eſt, priuatorum delictorum pœnas vltioneſque, criminales extraordinariaſve nó pecuniarias ciuileſve fere eſſe, vt ex priuatorum delictorum titulis omnibus colligere licet, habent enim ſingula ſuum titulum. Exceptis tamen his de quibus hic diximus delictis, & iniuriarum actione, quam ei demum qui cótumeliam paſſus eſt, capitis aut pecuniæ æſtimare iure conceſſum eſt.[a] Hæc auté de priuatis delictis ſufficiant.

a l. conſtitutionibus. §. fi. ff. de iniur. §. in ſumma. inſti. eo. tit.

1 Crimen extraordinarium quid.

2 Extraordinarium crimen & ſtellionatus quomodo differant.

3 Extraordinariorum criminum quædam priuatam, quædam publicam cauſsam continere, quædam quaſi publicam.

4 Quæ priuatam.

5 Quæ publicam cauſsam contineant.

6 Quæ quaſi publicam.

7 Cur attentare annonam ſit extraordinariũ crimen cum leg. Iul. de annona publicũ ſit iud.

8 Attentare onerareq; annonam crimen eſſe, publicam cauſsam iniuriamque continens.

9 Cur qui ſtateras adulterant crimen extraor-

dinarium admittunt, cum incidant in legem Corn. de fal.

Caput Decimumtertium.

Vpereſt extraordinariorum criminũ tra- 1
ctus. Et quidẽ ex ſuperioribus facilis, pla-
neque cognitus eſſe poteſt. Nam ſi intelle-
xerim⁹ quæ publica ſunt iudicia, quæ pri-
uata delicta, ſimul intelligemus quæ extra-
ordinaria ſint crimina: ea enim ſunt oĩa, quæ nec publi-
ca nec priuata ſunt, nẽpe illa oĩa quæ antiqui innomina
ta, nos nec legitima vocam⁹, quod ex legibus nõ deſcẽ-
dant vt ſuperius,[a] ſed præter iuris diſpoſitionem accidãt
vnde extraordinaria dicta eſſe pluribus probauimus,[b]
propterea q; nihil eſt cur repetamus. Stellionatus autem 2
& extraordinarium crimen re quidem ipſa idẽ eſt,[c] ita
vt omne extraordinarium crimen ſit ſtellionatus & cõ-
tra. Sed vſus obtinuit, vt veluti paulo magis ſpeciali de
ſignatione, ſtellionatus dicatur de his tantum ſpeciebus
quæ in titulo de crimine ſtellionatus recenſetur,[d] reli-
qua autem nec legitima crimina omnia extraordinaria
dicãtur vulgatius, nec aliter differunt, quã obſeruatiõe
quadã vſus qui ita obtinuit, itaq; ſiquis hanc delictorũ
diuiſionẽ facere velit, licet, vt quædã ſint publicorum iu
diciorũ, quædã priuata delicta, quædã ſtellionatus crimi
na, ea videlicet tantũ de quibus aliquo modo tractatur
in titu. de crimine ſtellionatus. ff. & C. reliqua omnia 3
ſunt extraordinaria. Aduertendum eſt autem extraor-
dinariorum criminum plurima priuatam iniuriam con
tinere, quædam publicam, alia quaſi publicam.[e] Pri- 4
uatam continent quæ iureconſultus refert,[f] & huius ge
neris innumerabilia. Quod autem attinet ad ea quæ pu
blicam aut quaſi publicam cauſſam iniuriamve conti-
nẽt, opinor Bartoli veriſſimam doctrinam eſſe ſic dicen-

a ſupra. cap. iiii.
b ſupra cap. iii.
c l. iii. de extraor. crim. ff.
d l. iii. de crim. ſtel lio. ff.
e l. i. §. i. ff. de extra ordi. crimi.
f l. iii. de cri. ſtellf. & in. l. in cum. ff. de extra. crim.

tis.[a] Omne iudicium(voluit dicere delictum aut admiſ-
5 ſum)quod non reſpicit offenſam certæ perſonæ princi-
paliter,de illo poteſt accuſare quilibet de populo, ſic Bartolus ait.Hanc autem regulam dupliciter intelligo, Primum quædã ſunt extraordinaria crimina quæ reip. vniuerſitatis,ac populi magis offenſionem iniuriamque continent quã ſingulorum. Vt ecce,ſiquis ſcalis admotis muros tranſcenderit,non peculatus quidem tenetur, cũ nec muros perforauerit,nec inde aliquid abſtulerit,[b] ſed extraordinarium id crimen,eſt neque enim in vllum delictum crimenve incidit cuius ſpecialis in iure tractatus ſit,hoc autem admiſſum nec ſingulorum nec priuati vllius iniuriam damnumve cõtinere manifeſtum eſt,[c] ſed ipſius vniuerſitatis populi ac reip.idẽ dicemus(authore Bartolo)[d] de omnibus blaſphemiis deque ſacris quocunque modo pollutis,aut impeditis,aut religione noſtra quoquomodo offenſa contaminatave, præter heresim,nam legitimum crimen ac publici proprie iudicii eſſe ſuperius oſtendimus.[e] Continent(inquam) extraordinaria hæc & id genus plurima publicam iniuriam, exemplo eius criminis quod in arabia copediſmon adpellant.[f] Huius quoque ordinis ſunt plurima alia admiſſa,veluti ſiquis aquas ſpurcauerit, aquæ ductus,fiſtulas, lacuſve,aliudve contaminauerit,quæ in vſu populi eſſe ſolent,id ad iniuriam publicam fieri dicitur.[g] Similiter qui commata in AEgypto rumpunt aut diſſoluunt, qui arborem ſicomorum excidunt,[h] etſi ſingulis illic nocẽt, tamẽ vniuerſo populo nocent principaliter, quia in vſu AEgiptii populi hæc eſſe dicũtur. Quorum exemplo innumerabilia pro locorum varietate huiuſmodi crimina recenſeri poſſent,nulla enim municipia ſunt quæ quidquam quod in vſu populi ac vniuerſitatis ſit non habeant,veluti paſcua publica,fontes,lacuſve,ceduas ſyluas, imo & quæcunque bannalia vulgo apud nos dicuntur, in vſu

a Bar.in.l.i.de publi.iud.ff.

b l.qui perforauerit.ff.ad.l.Iul.pec.

c ex his q̃ ſupra cap.vi.

d Bart.in.d.l.i.

e ſupra.ca.viii.

f l.ſaccularii.§.ſũt quędã.ff.de extra.crim.

g l.i.§.i.eo.tit.

h d.l.ſaccularii.

in vſu publico ſunt, vniuerſitatis non ſingulorum.[a] Itaque qui in huiuſmodi quidquam admiſerit, vbi id amiſſum erit vnicuique ex eo populo accuſandi poteſtas danda eſt. Non tamen hæc iudicia publica proprie, ſed ſecũdo modo publica ſunt,[b] cum ex legibus publicorũ iudiciorum non deſcedant quod eſt neceſſariũ.[c] Altero modo eandem regulam intelligo, quod quædem ſunt delicta quæ in ſingulorum iniuriam redundant, initio tamẽ vt cuiuis noceant parantur, quæ res exemplis facili⁹ declarabitur. Sunt maleferiati quidam qui medio vico expectant venanturque, in quos inſultent, primum quẽque procaciter laceſſant, derideant, cœno luto obliniãt (quæ ſunt contra bonos mores iniuriæ)[d] hi (inquam) quaſi publice peccant. Saccularii ſimiliter & dietarii, quales hodie ſunt bohemi, qui furtum tanquã artem exercent.[e] His proximi ſũt omne gen⁹ mercatores, negotiatores, opificeſq;, qui vetitas, adulterinas, reprobas, fucataſque merces veris, probiſque ſubſtituunt, ac diuẽditant, quarum omnium ſpecies, pernicioſa hominũ induſtria fraudulentaque eadẽ eſse ſolet, & nõnũquam illarũ præcioſior adparet, facta ſubinde omniũ confuſione, quo imponant, incautoſque decipiant. Poſsunt & id genus innumerabilia adiici, quæ quidem qui admittunt, non vniuerſo populo (vt qui ea quæ ſuperius paulo retulimus) ſed cuiuis ex populo damnum dare ſtudẽt, redundantque in ſingulorum læſionẽ. Itaque quaſi publicã cauſsã habẽt, permittẽdũq; vnicuiq; de his iudicio experiri. Exemplo popularis in factũ actionis ex prætoris edicto de his qui deiec. vel effud.[f] quæ in eum datur, qui in ſubgrunda proiectove, vel ſupra eum locũ qua vulgo iter fit, vel in quo conſiſtitur, id poſitum habeat, cuius caſus alicui nocere poſsit, ideo enim ex ea cauſſa cuiuis ex populo actio popularis conceſſa eſt, quia cuiuis ex populo, non alicui vni certo id quod ita poſitum eſt mi-

a ʃ. vniuerſitatis de rer. diuiſ. inſti.

b ſup. cap. v.

c l. i ff. de pub. iud

d l. i. de extra. cri. ff.

e d. l. ſaccularii.

f l. ſi vero ʃ. prætor. ff. de his qui deie. vel effu.

natur, tametſi damnum in aliquem vnum redundat tandem. Quoties igitur ita delinquitur, vt ipſius delicti iniuria cuiuis impendeat immineatque, quamuis in aliquem vnum tandem iniuria redundet, quaſi publice peccatur: publice autem cum ipſius populi vniuerſitas læditur. Illud autem quæſitum eſſe aliquando
7 memini, cur iureconſultus publico iudicio eum teneri ait, [a] qui quid omnino contra annonam, quo illa carior ſit facit, eum autem qui annonam attentat oneratve extraordinarium crimen admittere? [b] nam & hic contra annonam facit, quoque illa carior ſit. Sane ea lex Iul. de annona, lata eſt aduerſus eos tantum qui contra annonam publicam commiſerint.[c] Publica autẽ annona dicitur populi tantum Romani, non cuiuſcunque alterius, nam publicum proprie id eſſe Romani voluerunt quod ſui populi eſſet,[d] vnde & ius publicum dicitur quod ad ſtatum rei Romanæ pertinet,[e] ad Romanorum tamen ſimilitudinem quæ in cæteris ciuitatibus vniuerſorum communia ſunt (inquit Alciatus) publica dici cœpta ſunt. At in cæteris ciuitatibus qui annonam attentant extraordinarium crimen admittunt. Proptereaque mandata quibus cauetur ne dardanarii vllius mercis ſint, ad præſides prouinciarum ſcripta ſunt, [f] at nequid omnino contra annonam populi Romani fiat, mãdatis nõ cauetur, nam id ad leg. Iul. de annona pertinet, quare ſuperflue mandatis cautum eſſet. Ex contrario vero ne dardanarii vllius mercis eſſent, neceſſario conſti-
8 tuendum mandatiſque principalibus prouidẽdum fuit, cum lex Iul. de annona de Romani tantum populi annona lata eſſet. Verum illud præterea quærendum, cum is qui in municipiis quibuſcunque annonam attentat oneratve, crimen extraordinarium committat, vtrum id publicam cauſſam an vero quaſi publicam tantum habeat? Et putem publicam, nam cum id admiſſum Ro

a l.ii.ff.ad leg.Iul. de annona.

b l. annonam. ff. de extraord.crim.

c l.i.ff.ad leg.Iul. de annona.

d l.bona ciuitatis vbi Alciat.& in. l. inter publica.ff.de verb. ſignifi.

e l.i.§.huius. ff de iuſt.& iur.

f d.l.annonam.

Digitized by Google

mæ in proprie publicum iudicium incidat, cur in cæteris municipiis publicam iniuriam continere non dicamus? Denique cum annona oneratur, quis hic dubitat potius ipſius populi ac vniuerſitatis principaliter incommodum cõtineri quam ſingulorum? tametſi in ſingulos redundat? Qui enim annonam attentant, populo alimenta quodam modo denegare vide̓tur, quod plane necare eſt ipſum populum,[a] & tamen ſingulorum etiam homicidia ad rempublicam proprie pertinere ſupra diximus.[b] Qua ratione frumentatores, & (ſi apud idoneos ſcriptores verbum hoc reperiatur) vinatores, qui in his municipiis potiſſimum, quæ importato vino frumentoque vtuntur, precium ſuo modo ſtatuunt, atque ita annonam onerant, & omnino qui faciunt quo cariores hæ res omnes ſint quæ ciuitatum populis cottidianum victum ſuggerunt,[c] vt qui locupletiores fructus ſuos æquis preciis vendere nolunt, dum minus vberes prouentus expectant,[d] extraordinarium crimen admittunt, quod publicam cauſſam continet, propterea que cuiuis ex populo etiam criminalis accuſatio permittenda eſt, exemplo publicorum proprie ſpecialiterque iudiciorũ. At eorũ delicta qui faciũt quo reliquarum rerum precia maiora ſint, putem quaſi publicam tantum cauſſam continere, non enim ſic reipub. ac populi intereſt reliquarum rerum, vt alimenmentorum æqua eſſe precia. Poſtremo mouere quemquam poteſt quod iureconſultus probat eos, qui annonam adulterinis ſtateris onerant, extraordinarium crimen committere:[e] nam in leg. Cornel. de falſis incidũt,[f] quomodo igitur extraordinarium crimen admittunt? Meminiſſe perpetuo nos oportet eorum quæ ſuperiꝰ diximus,[g] idẽ admiſſum diuerſis criminibus cẽſeri poſſe, quod igitur annona attentata eſt, extraordinarium crimen admiſſum eſt, & quia menſuras adulterauit, corru-

a l. necare. ff. de lib. agnoſ.

b ſuꝑ. cap. vii.

c vt i. l. fi. §. itẽ eꝑi ff. de mũe. & hon.

d vt i. d. l. annonã

e d. l. annonam. §. onerant.

f l. pe. ff. ad legem Cor. de falſ.

g ſupra cap. ix.

a d.l.pe. pitve dolo malo,fraudemve fecit,falſum cõmiſit, [a] propterea que is legis Cornel. de falſis , pœna coercetur. [b] Hæc autem de extraordinariis criminibus.

b d.§.onerant.

1 An reip.interſit maleficia puniri.

2 Principis reſcriptum contra publicam vtilitatem an ferendum ſit, & cur maleficia puniri reip. interſit.

3 Maleficia nõ remanere impunita reip.intereſſe, quam ſignificationẽ id habeat, & magis reip. intereſſe principalibus reſcriptis quibus quis noxæ eximitur authoritatem non denegari, quam maleficia puniri.

4 Singula maleficia puniri reip.intereſſe.

5 Iuris regulam perpetuam eſſe debere.

6 Iuris prudentiæ finẽ non eſſe ſcientiã ſed actionem,& cur vera philoſophia iuris prudentia dicatur.

Caput Decimumquartum.

1 NVnc autẽ an & quomodo maleficia puniri reip.interſit quærendũ eſt, nõ ſolũ quod ea res ab inſtituto noſtro aliena nõ eſt, verũ etiam quod in ea ipſa quiſpiã (cuius nomini parco)non ſatis(mea quidẽ ſentẽtia) vehemẽti ratione adductus,inauditũ adhuc nõnihil cẽſuit.Ait enim reip.intereſſe maleficia in genere ac veluti i abſtracto(quod aiũt)puniri, cæterũ reip.nõ intereſſe ſingula maleficia plecti. Aiaduerſio(inquit)in facinoroſos homines in genere ad publicã vtilitatẽ pertinet, vt pote quod ſint leges quæ facinoroſos dãnẽt, quod ſint iudices qui eas exequãtur,quod poſtremo hæ leges ob-

ſeruētur. Cæterum animaduerſio in ſpecie publicā vtilitatem nihil attingit, vt pote Titiū Seiumve, nocentes facinoroſque puniri, hoc illudve admiſſum coerceri, hoc homicidium veneficiumque, hoc adulterium vindicari, publice non intereſt, Hæc ille. Cuius ſic eſt ratio. Principis reſcriptum, contra rempublicam nullius eſt momenti, [a] valet autem reſcriptum, quo Titius ſiccarius, veneficus, aut alterius criminis reus noxæ eximitur, adeo vt in cuiuſcunq; criminis remiſſione (quam indulgentiam aut criminis veniam vulgo adpellamus) ſola illius voluntas conſideranda ſit. [b] Ergo in Titium facinoroſum animaduerti non intereſt reipublicæ. Huic autem ratiocinationi primum reſpondeamus: Quod dicitur principis reſcriptum contra publicam vtilitatem nullius eſſe momenti, verum habet vbi eo immodice reſpublica læditur, at vbi modice iuri publico detrahitur, principi morem gerendum eſſe. [c] Nam nec propter modicam læſionem minor in integrum reſtituitur. [d] At cum nõnulli veniam admiſſi a principe impetrāt, quis dubitat hic iuris minimum reipublicæ detrahi, cum vel nocentem abſolui ſanctius ſit quam innocentem damnari? [e] & omnis ſanctio leniendas potius molliendaſque delictorum pœnas, quam exaſperandas ſuadeat? [f] Quid quod Marcus Portius Cato legem olim tuliſſe fertur, ne quis ciuis Romanus verberibus necaretur, ſed ex delicto in exiliū mitteretur? In exteros quoque pœnam mortis raro conſtitutam fuiſſe, elegantiſſime (vt omnia) refert Alciatus. [g] Nec olim iniuſſu populi in caput ciuis Romani animaduertere licebat iis etiam penes quos ſummum ius erat, [h] vt intelligas non minus reipublicæ intereſſe pœnarum extremam hanc carnificinam reſtringi, quam maleficia puniri. Maleficia enim nō remanere impunita, ideo reipublicæ intereſſe puto, quod delictorum impunita laſciuia nocentium auget audaciam, reique publicæ exitium

a l.fi.C.ſi cõtra ius

b gl.l.relegati.de pœnis.ff.

z

c gl.c.ad aures de reſcript.extra.gl.l.fin.C.ſi aduer.rēp. & in.l.i.ff.de cõſti.prin.& in.l.ii.§.ſi quis a principe.ff.neq.in loc.publ.

d l.ſcio.de i integ. reſt.ff.

e l.abſentē de pœnis.ff.

f l.reſpiciendū.l.ſi pſes.l.penul.ff.eo.tit.§.fi.in auten.vt nulli iud.

g Alciat.in.l.licet capitalis.ff.de ver.ſignifi.

h l.ii.§.exactis de orig.iur.ff.

tandem & minatur & molitur, quemadmodum & Cicero [a] ait. Quo pernicioſius de republica merentur vitioſi principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem, neque ſolum obſunt quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, pluſque exemplo quam peccato nocent. Ideoque ea demum reſcripta immodicam reipublicæ læſionem continerét, cum facinoroſi omnes ex æquo, ac ſine diſcrimine noxæ eximerentur, ita vt reſpublica propterea in diſcrimen vocaretur, cumque ex immodica immoderataque huiuſmodi indulgentiarum conceſſione, ea naſceretur impunitatis ſpes, quæ omnem pœnarum metum adimeret: aut cum crimini quod tam inhumaná facinoris atrocitatem haberet, venia daretur, vt vel flagitioſiſſimus quiſque impunitatem ſibi promittere poſſet, quæ reſcripta populo offendiculo eſſe ſolent, inuitantque ad delinquendum, propterea nec iis mos geritur, [b] niſi cum de principis abſoluta meraque voluntate liquet. At vero longe plures ſunt, qui admiſſorum pœnas luunt, quam qui veniam conſequantur, & nonnullis noxæ exemptis, plures ſuperſunt in quibus ſuum reipublicæ ius ſaluum eſſe poſſit. Denique receptum eſt, principi contra publicam vtilitatem ex certa ſcientia reſcribenti parendũ eſſe, [c] qualia ſunt huiuſmodi fere omnia reſcripta. Quid ergo ſi ex ſingulis cauſſis principis reſcriptum contra publicam vtilitatẽ ſuſtinetur, quanto magis ex coniunctis? [d] huiuſmodi enim indulgentias omneis, & ex certa ſcientia reſcribi, & parum reipublicæ nocere nemo eſt qui neſciat. In ſumma, quod dicitur reipublicæ intereſſe maleficia impunita nõ remanere, hanc habet ſignificationem quod ipſius populi vniuerſitatiſque eſt intereſſe (ſed barbaræ in hunc vſum dictionis veniam rogo) vt maleficia puniantur, nam publicum dicitur [e] quod ipſius populi vniuerſitatiſque eſt: quid ergo ſi vniuerſus populus ve-

a de legib. lib. iii.

b arg. l. conuenire de pact. dota. ff.

c gl. l. ii. §. ſiquis a pricipe. neq. in lo. pub. ff.

d §. ſed hodie in fi. de adopt. inſtit.

e l. bona ciuitatis de verb. ſignific. ff.

luti calatis comitiis, facinoroſo crimen remittat? penes quem quidem populum ſolum, maiorum criminum animaduerſiones, aut indulgentiæ olim fuiſſe credũtur,[a] an non ipſius populi intereſt hanc veniam ratã eſſe, quæ ad ipſius maieſtatem authoritatemque pertinet? Populi igitur intereſt, vt puniatur facinus, intereſt etiam populi ſi criminis pœnam remittere velit, voluntatem ſuam, maieſtatem, authoritatemque ſeruari: vtrum ergo horum obſeruari populi magis intereſt? Sane hoc præferri nõ ſolũ humanius, verum etiam æquius. Siquidem mea intereſt rem meam mihi ſaluam eſſe nec deperdi, at ſi donare velim quod plane perdere eſt,[b] ſi ea abuti velim, mea magis intereſſe putem voluntatem hãc ratam haberi, quam rem mihi ſaluam eſſe: vnuſquiſque enim rei ſuæ moderator eſt legitimus,[c] etiam abutendo,[d] nec eſt quicquam naturali æquitati conueniẽtius, quam voluntatẽ domini rem ſuam in alium transferre volẽtis ratã haberi.[e] Adeo vt nemo ſibi legem dicere poſſit, ne ſibi rem ſuã alienare etiam vicino inuito poſſit.[f] Et iniuria fit ei qui re ſua pro arbitratu ſuo, vel vti, vel abuti prohibetur:[g] hæc enim libertas quædã eſt, quæ cuicunq; damno lucroue antefertur.[h] Reipublicæ igitur ac populi intereſt maleficia puniri, at magis eiuſdem populi intereſt maleficii veniam, ſi quidem is dederit (vt dimocratiam illã antiquam fingamus) ratam haberi. Id enim ad maieſtatem populi pertinet. Quod cum verum ſit, multo magis reipublicæ intereſt principalib⁹ indulgẽtiis obtemperari.[i] Is enim populi vicem perſonamque ſuſtinet, cum ei & in eum omne ſuum imperiũ poteſtatemq; ipſe cõtulerit,[k] quinimo ſibi ipſe populus ſubiecit, quam quidem authoritatem maieſtatemque incolumẽ ſeruari ipſius reipublicæ intereſt, id eſt ipſius populi eſt intereſſe, cum eius ipſius authoritas maieſtaſque eſſe videatur. Quod igitur dicitur, reipublicæ intereſt maleficia non remanere impuni-

a l.ii.§.exactis de orig.iur.ff.

b l.filiusfa.de donat.ff.

c In re mãdata.C mandati.

d l.ſed etſi lege.§. cõſuluit de pet.he.

e §.per traditionẽ inſt.de rer.diu.

f l.nemo paciſcẽdo.ff.de pact.

g l.dudũ.C.de cõtrah.empt.l.qui pẽdẽtẽ de act.emp.ff

h l.libertas.ff.de reg.iur.

i l.barbarius philippus de off. ptor. ff.

k l.i.de cõſt.pri.ff.

Digitized by Google

ta,verum eſt niſi facinoroſus noxæ exemptus eſſe adpa- reat, tunc enim non plecti ſed indulgentiam ratam eſſe reipublicæ intereſt. Adparet autem ex principali tantum reſcripto (quam literam cancellariæ adpellamus) ſi admiſſum iure communi venia dignum videatur, huiuſcemodi enim tantum indulgentiis concedendis, princeps quoſdam præfecit, a quibus ea reſcripta impetrantur: ſi non remiſſibile nec venia ſatis dignum, duplomate (quā literam patentem adpellamus) opus eſt, quo de principis venia ex certa ſcientia, plenioriq; poteſtate conceſſa
4 adpareat, qui hoc (vt ſuperius abūde probatum eſt) non non minus poteſt quam olim populus: [a] ſed de his ſatis. Iamvero illius dicta commiſceamus. Ait enim, maleficia generaliter non remanere impunita reipublicæ intereſt, verum hoc maleficium puniri nihil reipublicæ intereſt. Animaduerſio in facinoroſos homines generaliter ad rempublicam pertinet, animaduerti autem in Titium Seiumve facinoroſum, minime. Enimvero, ſi maleficia non remanere impunita reipublicæ intereſt, ergo omnia non remanere impunita reipublicæ intereſt, nam in iure noſtro indefinita vim obtinet vniuerſalis, [b] quod ſi omnia non remanere impunita reipublicæ intereſt, ergo & hoc & illud.[c] Deinde & ſi indefinitam particularis tātum iure cenſeri malit, de aliquibus tamen indiuiduis prædicari oportet, vt ſi quædam maleficia non remanere impunita reipublicæ intereſt, ergo hoc vel illud. Siue igitur Platonicorum more ab vniuerſali ad ſingularia deſcendamus, ſi maleficia non remanere impunita reipublicæ intereſt, ergo & hoc & illud &c. aut certe hoc vel illud reipublicæ intereſt. Quicquid enim de toto prædicatur idē & de ſingulis indiuiduis prædicari neceſſe eſt. Siue ab indiuiduis peripateticorum more ad vniuerſale conſcendamus, ſi nec hoc nec illud &c. maleficium puniri publice (vt ille docet) intereſt, ergo nullum. Nam a

quocunque

a d.l.i.de cōſt.pri. & d.l.barbarius in fine.

b l.reſcriptū.ff.de pactis.l. q filias.§. ſiquis ita de leg.i.

c l.ſi quid extrū.§. inter emptū de legat,iii.

quocunque ſingulæ partes totius remouentur, genus ipſum remoueatur neceſſe eſt.[a] Similiter, ſi animaduerſio in facinoroſos homines ad rempublicam pertinet, ergo in hũc & illum, aut certe in hunc aut illum facinoroſum animaduerti publice intereſt, & conuerſo argumento, ſi neque in hunc neque in illum facinoroſum &c. animaduerti publice vtile eſt, ergo in nullos facinoroſos animaduerti publice intereſt. Illud enim mirabile aut potius ridiculum eſt, fateri genus quoddam eſſe cuius nullæ ſint ſpecies, ſpeciem cuius nulla ſint indiuidua.[b] Quod ſi logicis rationibus non cedit ille, iureconſultorum reſponſis, in quorum verba iurauit, credat neceſſe eſt. Cum iniuriarum actio intenditur coram iudice, ſingularem vnicam, nominatim ſpecialiterque expreſſam eſſe oportet,[c] & tamen ea ipſa pro publica vtilitate exercetur.[d] Si per vim publicanus quid exegerit, ſingulare delictum eſt, & tamẽ illud ipſum coerceri publicæ diſciplinæ vigor exigit.[e] Si ſeruus a pluribus ita vulneratus ſit vt non adpareat cuius ictu perierit, omnes lege Aquilia tenẽtur, quæ eſt ratio? quia videlicet impunita nõ debent eſſe delicta.[f] Similiter datur in aliquem, de dolo nonnunquam actio eadem ratione.[g] Quod ſi nec hunc nec illos puniri ſpecialiter reipublicæ intereſſet, vana eſſet iurecõſulti ratio, vt pote quæ in propoſitis ſpeciebus non concluderet:[h] nã etſi maleficia in genere puniri reipublicæ interſit, non tamen hunc qui dolum commiſit, aut illos (ſi illi credimus) qui ſeruũ vulnerauerunt. Poſtremo iuris regula eſt, impunita non debere eſſe maleficia,[i] ergo ex ſingularibus colligitur,[k] & continet ſingula quæque maleficia punienda eſſe reiq; publicæ intereſſe. Eſt enim quædã quaſi coniunctio id eſt breuiter complectitur cuiuſcunque generis ſingula maleficia coercẽda eſſe, & ſi quod eſſet quod reipublicæ non intereſſet puniri, iam ea iuris regula cũ in aliquo vitiata eſſet, officium ſuum perderet.[l] Ideoque

a Bal. in.l. cõuẽticulã de epiſ. & cle. C. l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alie. ff.

b l. ii. §. i, ff. ſi cert. peta.

c l. i. ff. de edẽ. vbi gl. l. quod in heredẽ §. eligere. ff. de exercit. act. l. prętor edixit. de iniur. ff.

d l. licet. §. ad actionẽ. ff. de procura.

e l. licitatio. §. quod illicite. ff. de pub. & vectig. l. ii. de offic. recto. prouin. C.

f l. ita vulneratus ad leg. Aquil. ff.

g l. ſtichũ aut Pãphilũ. de ſolut. ff.

h gl. l. nõ omniũ legib. ff.

i d. §. quod illicite

k l. i. ff. de reg. iu.

l d. l. i.

maleficia puniri reipublicæ nō intereſſet. Impēdio prolixum, ſed tamen operæprecium eſt amplius excutere, an illius dicta inter ſe cohereant. Ait enim animaduerſionē in facinoroſos homines in genere ad rempublicam pertinere, vt pote quod ſint leges quæ facinoroſos damnēt, quod ſint iudices qui eas exequātur, poſtremo quod hæ leges obſeruentur. Atqui quomodo reipublicæ intereſſe poteſt, leges eſſe quæ nocentes damnent, ſi nullū nocentem damnari reipublicæ intereſt? quomodo publice vtile eſſe poteſt, iudices eſſe qui eas ipſas leges exequantur, niſi publice vtile ſit iudicem in aliquem vnum legis pœnam exequi? aut quomodo ad rempublicā pertinet eas ipſas leges obſeruari, ſi ſecūdum eas neminem vnū condemnari ad rempublicam pertinet? Et ſane ſi illi ſubſcribimus non ſatis profeſſionis noſtræ ſcopum finemq; tenebimus (quod tamen bona illius venia dictum ſit) Neque enim iuriſprudētiæ vt quarundam aliarum diſciplinarum finis cognitio eſt, ſed actio, quæ eſt ſingularium. Aſtrologiæ finis cognitio eſt corporum cœleſtiū, ea fere ad rem nullam conferri poteſt. Phiſico philoſopho ſatis erit ſi intellexerit quantitatem a ſubſtantia vel ſolo intellectu ſeparari poſſe, neq; enim hoc ipſum faciet, aut quo modo, aut vbi, aut quibus ex rebus cauſſiſve, pluuia, nix, grando generentur, quæ ventorum, fulgurum, fulminū, tonitrui cauſſæ ſunt, neque enim eas ipſas res faciet. Sci-
a Quintil. inſtit. orat. iii. cap. v. entiæ eſt (inquit ex Cicerone Quintilianus)[a] an prudentia mūdus regatur, qui vero hoc didicit nō tamen is mūdi animam reget. Actionis, an accedendum ad rempublicam, quod cum quis iudicauit, nihildum egit niſi remp. adminiſtrauerit. Nam & Imperator noſter ea nos ſpe atque omine iuris ſtudia amplecti voluit, vt aliquando rempublicam gubernare poſſimus.[b] Et iuris præcepta vt of-
b §. fi. in procem. inſt.
c Cice. lib. i. offic. ficii traduntur, illa quidē nō vt ſciamus intelligamuſve, ſed vt faciamus ipſi (inquit Cicero) iuris enim præce-

pta ſunt honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum vnicuique tribuere, [a] quæ non ſcientiæ ſed actionis præcepta ſunt. Qua ratione iuriſprudentiam veram a iureconſulto [b] philoſophiam dici exiſtimo, ea nanque ſingulas actiones ſingulosq; caſus conſiderat, & ad bonū æquumque exigit, quos quia omnes complecti nō poteſt, ad ſimilia procedendum eſſe monet. [c] Niſi quis malit veram philoſophiam ideo dici iuris prudentiam, quod iure ciuili docemur non infinitis, cōcertationumq; plenis diſputationibus (quæ philoſophorū ſunt propriæ) ſed authoritate nutuque legum domitas (inquit Cicero)[d] habere libidines, coercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos abſtinere, cum reliqua glorioſa illa philoſophia authoritate, imperioque careat. Sed & Socrates vel Apollinis iudicio mortalium ſapientiſſimus iudicatus eſt, quod his quæ ſupra nos ſunt relictis, quorum eſt (vt iam dictum eſt) ſcientia, de moribus hominum (qui actionis ſunt) diſputare inſtituerit. An non iureconſultorum reſponſa, an nō fere imperatorum reſcripta, cōſtitutioneſq;, ſingulas ſpecies decidunt? [e] Longius in his quam æquum eſt diſtrahor, neque enim exiſtimo quenquā eſſe, qui in hac illi re ſubſcribat, aut ſubſiſtat, nō ſolum maleficia in genere, ſed etiā ſingula quæque ac in ſpecie puniri reipub. intereſſe, & rurſum codē modo aut etiam magis reipublicæ intereſſe, principales indulgentias ratas eſſe,

a §.pe. inſt. de iuſtit. & iure.

b l. i. de iuſt. & iure. ff.

c l. neque leges cū ſeq. de legib. ff.

d Cic. lib. i. de oratore.

e ff. & C.

1 Quorum maleficiorum pœnæ principaliter ad rempublicam, aut ad priuatos pertineant.

2 Innocentium abſolutiones proprie ad rempublicam non pertinere.

3 Ex quocunque maleficio duplex iudiciū naſci

4 Ciuilem actionẽ in qua de re familiari agitur, iudicio in quo de maleficii vltione agitur præiudicium adferre.

5 Non eodem modo in priuatis delictis, vt in publicis iudiciis præiudicium eſſe.

6 Actio ciuilis ex maleficio coram quo iudice intendatur, & quomodo.

7 Criminalis accuſatio coram quo iudice deferatur.

8 In regno Franciæ iudicium, in quo de re familiari agitur, & in quo de vltione, ſimul intendi, & quomodo id fit, ceſſareq; inſcriptiones, publicas accuſationes, & accuſationũ præiudicia.

9 Sanctiorem eſſe ordinem qui cum ex maleficiis agitur in regno hoc obſeruatur, quam qui iure ciuili introductus eſt.

10 Homini chriſtiano iniuriarum agere nó licere.

Caput decimumquintum.

1 OMnium igitur maleficiorũ pœnæ ad rempublicam pertinent, quorũ autem principaliter ad rempublicam, deinde ad priuatos, aut cõtra pertineãt, ex ſuperioribus ſatis iam notum eſſe poteſt. Siquidem publicorum iudiciorum pœnas principaliter ad republicã pertinere puto,[a] deinde ad priuatos. Idem de extraordinariis criminibus quæ publicam cauſſam habent, pu-

a ſup. cap. vii.

blicamque continent iniuriam, cum eorum admiſſa
ipſam in qua committuntur remp. principaliter (vt iam
dictum eſt)[a] offendant lædantque, reliquorum delictorũ
pœnæ principaliter ad priuatos ſingulosque pertinent
deinde ad remp.[b] Innocentium vero abſolutiones non
niſi generaliter abuſiueque ad remp. pertinere puto, ſed
principaliter ad ipſos tantũ innocentes immerito reos 2
factos, quemadmodum & Iaſ. recte exiſtimaſſe mihi vide
tur.[c] Conſtituamus enim etiam publico iudicio quem-
quam reum factum per calumniam eſſe: in publicis iudi
ciis ipſius reip. iniuriam perſequimur, ac pro ea ipſa ac-
cuſamus, inque illis reſp. ſuum ius exigere ipſa quodam
modo videtur.[d] Itaque ſic illius intereſt innocentem ab
ſolui, quaſi mea intereſt Titium abſolui cũ ab eo indebi
tum exigo, pertinent tamen huiuſmodi abſolutiones ad
remp. ſed quemadmodũ dicimus expedire reip. ne quis 3
re ſua male vtatur,[e] quod proprie intereſſe non eſt.[f] Sci
endum eſt autem ex quocunque maleficio, ſiue id publi
ci iudicii, ſiue priuatum delictum, ſiue denique crimen
extraordinarium ſit, duplex iudicium naſci,[g] vnum ciui
le in quo actio ad rem familiarem pertinens intenta-
tur: alterum in quo de ipſius maleficii vltiõe quæritur,
per criminalem videlicet accuſationem, niſi forte quod
iniuriarum, ſepulchri violati, & termini moti, ciuiliter
etiam vltionem perſequi (vt ſupra dictum eſt)[h] licet,
imo & leg. Iul. de annona & de reſiduis iudicia, quamuis 4
vltionem cõtineant ciuilia ſunt.[i] Nec intereſt vtrum ea
ciuilis actio, an accuſatio prius proponatur,[k] ſed vtraq;
eodem iudicio proponi non poteſt. Veruntamen quoti
es maleficii vltionem ſiue criminalem ſiue ciuilem pro-
ſequi, termini moti, & ſepulchri violati, cuiuis e populo
conceſſum eſt, huiuſmodi publico iudicio per priuatũ
adfertur præiudicium, vt ecce[l] Titius per vim de poſ-
ſeſſione mea me deiecit, aduerſus eum volo interdicto,

a ſup. cap. xiii.
b ſup. cap. vii. & xiii.
c Iaſ. in l. imperiũ ff. de iuriſdict.
d vt ſupra cap. xi. numero. v.
e §. ſed & maior. inſtitu. de his qui ſunt ſui vel alie.
f glo. in d. §. ſed & maior. docto. in l. i. ff. ſolu. mat.
g l. fi. de priua. delict. ff.
h ſupra cap. xi.
i ſupra cap. i.
k l. vna. C. quando ciuil. act. crim.
l l. interdũ de pub. iud. ff.

vnde vi agere, quo damnum mihi illatum ſarciatur, extraneus eundem de vi publica priuatave, iuxta publicorum iudiciorum naturam accuſare inſtituit, de interdicto ciuilique actione mea prius cognoſcendum eſt, quieſcente interim publico iudicio. Similiter ſi propter violatum ſepulchrum ego ad quem ea res pertinet, agere inſtituam, quod vi aut clam interdicto, extraneus autem ſepulchri violati actionem quæ vltionem continet ſimul inſtituat, præferendus ſum in interdicto actioneque ciuili in qua de re mea agitur, quieſcente interim ſepulchri violati actione. Idem dicendum de omnibus delictis ex quib⁹ huiuſmodi actio ciuilis, & præterea accuſatio cuiuis ex populo datur, vt in extraordinariis criminibus, quæ cauſſam publicam, aut quaſi continent, (de quibus ſuperius diſputatum eſt latius)[a]. In priuatis autem delictis & extraordinariis priuatam iniuriam continẽtibus, non poteſt intelligi ſimile præiudicium fieri, nam ſolus is ad quem ea res pertinet habet ciuilem hanc actionem, & accuſationem.[b] Itaque nec ipſe quenquã pueniri

5 re poteſt, nec ad quoq̃ pueniri, ſed piudicium accuſationi (quæ quodãmodo publicum eſt iudiciũ)[c] ita fieri poteſt, vt iudex ei pſcribere non poſſit vtra prius agatur.[d] Sciendum eſt tamen neutrum horum iudiciorum alterũ conſumere,[e] ſed terminata ciuili huiuſmodi actione, nihilominus iudicio in quo de vltione agitur experiri licet, & cõtra. Hæc autem actio, quãuis ex maleficio oriatur, coram eo iudice cui de re pecuniaria notio eſt, intẽdi debet,[f] qualis eſt hodie Pariſiorum Luteciæ ciuilis legatus pfecti vrbi (quem locum tenentem ciuilem adpellamus) nec ſolum ſi ante iudicium in quo de vltione agi

6 tur, intẽdatur, ſed etiam ſi poſtea, vel etiam extincto crimine iudicioque huiuſmodi,[g] & iure ordinario intendi debet,[h] id eſt partibus ad proceſſum ordinarium (vt vulgo dici ſolet) concluſis. Alterum iudicium in quo de ma

a ſupra ca. xiii.

b gl. l. fi. ff. de priuat. delict.

c ſupra cap. v.

d l. vna. C. qñ ciuilis actio verſicu. quo in genere.

e l. ptor edixit. §. i. ff. de iniur.

f l. defuncto. §. i. ff. de pub. iud.

g d. l. defuncto. §. i.

h d. l. fi. de priuat. delict. ff.

Digitized by Google

leficii vltione agitur, ſiquidem ciuilem ac pecuniariam
tantum pœnam continet, quod fere in ſupradictis illis
tribus duntaxat obtingit iniuriarum, termini moti, & ſe
pulchri violati & legis Iul. de annona, & de reſiduis, codẽ
modo, quo ciuilis actio ad rem familiarem pertinẽs ex-
erceetur. Illud enim generale eſt, quoties ex maleficio
ad pecuniam tantum agitur, iure ordinario ſemper agẽ-
dum eſſe,[a] ſin criminalem accuſationem iudicium con- a d.l.ſi.
tinet, exercetur coram iudice cauſſarum criminalium,
qualis eſt hodie Lutecia quẽ locũ tenentem criminalẽ
adpellamus, qualis & Romæ præfectus vrbi fuiſſe tradi- 7
tur,[b] & extra ordinem, ita vt ſuperius declaratum eſt.[c] b l.i. de off. præf. vrb. ff.
Hic eſt iudiciorum ex maleficiis naſcentium iure ciuili c ſup. cap. iii.
introductus ordo. Hodie vero generali conſuetudine re
gni Francici hæc duo iudicia confunduntur, ſimulque
exercentur. Sciendum eſt enim regulariter nulli priuato
licere ex quocunque maleficio criminaliter agerẽ, exce-
pto falſo; quinimo nec vltionem etiam ciuilem, qualis
eſt violati ſepulchri, termini moti, de annona & reſiduis
proſequi, niſi forte iniuriarũ, qua actione tũ ciuili tũ cri-
minali agere permittitur, quamuis vltionem cõtineat,[d] d l. prætor edixit. §. i. ff. de iniuriis.
ſed ei demum qui contumeliam paſſus eſt. Verum ci-
uiliter tantũ, idque ei demum ad quem ea res pertinet
agere actiõe familiari conceſſum eſt: hinc ciuiles partes
hodie vulgo adpellamus. Ea autem actione intentata ſe
mel, procurator fiſcalis ſiue regius is ſit, ſiue cuiuſcunq;
alterius cuius ditio ſit, huic actioni iudicioque ſubſcri- 8
bit, & alterum ſe aduerſarium reo cõſtituit, vel vltro, vel
a parte ciuili rogatus, ad pœnam criminalem extraordi
nariamve aut ad mulctam pro admiſſi qualitate agens.
Vtrunque autem iudicium ſimul procedit, iiſdem pro-
bationibus panditur, vna eademque ſententia finem ac-
cipit, & potius vnica lis duarũ cauſſarum quam duæ eſ
ſe videtur, tota autem ciuilis partis impenſis peragitur.

Vt intelligamus, publico iudicio per priuatum non fieri p̃iudicium, quod iure ciuili fieri cõſtitutũ eſt,[a] nec accuſationibus nec inſcriptionibus(p̃terquam in crimine falſi)locũ vllum eſſe, nec ad agendum criminaliter quãuis ex publicis iudiciis priuatũ quemquã admitti, quinimo nec vltionem delicti quamuis ciuilem proſequi volli cõceſſum eſſe niſi forte(vt iam dictum)falſi & iniuriarũ. Et ſane ſanctior religionique ac profeſſioni chriſtianæ cõuenientior agendi ex maleficiis ordo is eſt, quam ciuilis iuris, quo priuatis etiam facinoris vindictã proſequi conceſſum eſt. Ea enim iure diuino interdicta eſt,[b] propterea que exiſtimaui ſemper nõ licere homini chri-
9 ſtiano iniuriarum agere , ne ciuiliter quidem , ſemper enim hæc actio vltionem non rei familiaris perſecutionem continet.[c] Quo iure iuſtus ſcelerum vindex ſolus princeps eſt, propterea que gladiũ(Inquit Paulus)fert,[d] merito ergo is ſolus crimina exequitur , accuſatoriſque ac vindicis partibus in iudiciis fungitur: is enim miniſter Dei eſt, vltor ad irã, ei qui quod malum eſt , fecerit.

a d.l.interdum. ff. de pub.iud.

b matth.v.luc.vi.

c d.l.prætor.§.i.

d ad rom,cap.xv.

1 Ciuili actione criminalẽ accuſationẽ nõ tolli.

2 Cur ſepulchri violati, termini moti & iniuriarũ actiones criminales accuſationes tollant.

3 Nec condictione nec actione furti criminalem furti accuſationem tolli.

4 Eum qui deprælienſum furem ad iudicem ipſe deducit, non propterea priuari actione furti cõtra cõmunẽ opinionem.

5 Licere vnicuique dep̃henſum furem ad iudicẽ ipſi deducere.

Nouo

6 Nouo veroque ſenſu declaratum iureconſulti reſponſum in. l. interdum. ſ. qui furem de furt. ff.

Caput Decimũſextũ.

v Erum enim ad ius ciuile ſcriptũque reuertamur, Ciuilem actionem in qua de re familiari agitur, non cóſumit criminalis accuſatio nec contra.[a] Itaque qui in factum actione propter ſuppreſſum teſtamentum cũ ſua intereſſet egit, poterit poſtea nihilomin⁹, imo & quiuis alius cũ publicũ ſit iudicium, de falſo criminaliter accuſare.[b] Atqui poſtquam ciuiliter iniuriarũ actione,[c] aut ſepulchri violati, aut termini moti actũ eſt, ampli⁹ ex his criminaliter agere nó permittitur, quãuis ex his etiam criminales accuſationes naſci ſuperius probatum ſit,[d] quæ autem diuerſitatis ratio eſt? ſane quia in factũ actio propter ſuppreſſum teſtamẽtũ ad rem familiarem pertinet,[e] hæ autem vltioné continent,[f] nec æquũ eſt idem admiſſum pluribus legibus puniri,[g] diuerſiſque animaduerſionibus coerceri ac caſtigari. Ciuilis autem propter iniuriam illatam aut potius damnum iniuria illatum[h] actio in qua de re familiari agi poteſt, legis Aquil. actio eſt, ſiquod forte damnum datum ſit, nam ſi tantum conuicium iactum ſit, nihil patrimonium noſtrum contingit, propterea que nec actio in qua de re familiari agatur competere poteſt, propter ſepulchrum violatum familiaris actio eſt, quod vi aut clam,[i] propter terminum motum, actio furti ſi fortaſſe ſublat⁹ ſit, aut alia quæuis. Huiuſmodi igitur actiones, non conſumerent criminales accuſationes iniuriarum, ſepulchri violati, nec termini moti,[k] ſed criminales ex his accuſationes & ciuiles actiones quæ vltionem continent, ſe

Margin: 1 · 2

a l. vnica. C. quã ciuil. act.
b d. l. vnica verſi. & ſuppreſſo.
c l. ſi ſtor. ſ. 1. de iniur. ff.
d ſup. ca. xi. & xii.
e d. l. vnica.
f d. l. ſi ſtor. ſ. 1. & l. ſepulchri viol. act. ff. de ſepul. viola.
g l. ſenatus de cuſto. & exhi. ff. Bar. i. l. i eũ. ff. de accu.
h in princ. & ſ. iniuria inſt. de leg. Aquil.
i l. ii. in fi. ff de ſepulchr. viola.
k d. l. vnica.

Digitized by Google

mutuo conſumunt tolluntque, quia vtræq; ad vindictã
pertinent,[a] nec æquum eſt (vt iam dixi) eundem puniri
propter idem admiſſum diuerſis iudiciis. Quid autem
de actione furti dicendum eſt? nonne criminalem accu-
ſationem qua etiam fur caſtigatur, [b] conſumit? an ve-
ro præter & condictionem & furti actionem, nihilo-
3 minus competat? quod verius eſt. Ait enim iureconſul-
tus, viſum eſt temeritatem agentium (de furibus loquẽs)
etiam extraordinaria animaduerſione caſtigari, nõ ideo
tamen minus (inquit) is qui velit, poterit ciuiliter agere.[c]
Nam quidnã aliud dictio (etiã) ſignificat, quam & actio
ne furti, & extraordinaria caſtigatione furem plecti? er-
go vtraque,[d] neque enim de condictione, cum ait ciuili
ter agere poterit, ĩtelligit, cũ de ea in eo titulo ſermo nõ
ſit, ſed de furti actione, deinde non agendi, ſed condicen
di verbo vſus eſſet.[e] Adde quod qui tenetur vi bono.
rap. cum eo furti actione agi poteſt,[f] quaquidem ſi ſe-
mel actum ſit, minus tamen actor conſecutus ſit puta du
plum tantum, quã actione vi bo. rap. continetur, quod
ſupereſt, quodque amplius eſt vi bo. rap. actione conſe
quetur,[g] poſtremo de vi publica priuatave nihilominus
accuſare poterit,[h] non igitur furti actio criminalem ac-
4 cuſationem conſumpſerat. Poſtremo in eorum genere
furti actio eſſe iure traditur, quorum ciuilis actio crimi
nalem nõ conſumit,[i] in ea enim de re familiari agitur:[k]
quamq̃ ſcio Azonem contrarium cenſuiſſe,[l] verum id
contra expſſum iureconſulti reſponſum,[m] & imperato-
ris conſtitutionem.[n] Itaque nec condictio, nec actio fur
ti, nec ſingulæ, nec ambæ, criminalem furti accuſationẽ
conſumunt, nec contra. Quod tamen Bartolus vno ca-
ſu temperat,[o] quem & Iaſ. poſt alios ſequitur,[p] nempe
cum quis depræhenſum in ipſo furto, ad iudicẽ ipſe de-
ducit, hoc enim caſu furti actionem amitti aiunt, nitũ-
tur autem iureconſulti reſponſo,[q] huncque ſpecialem

a d. l. prætor. §. i.
b l. fi. ff. de furt.
c d. l. fi.
d l. ſi ita quis ſtipulatus fuerit. ff. de verb. oblig.
e l. ſi pignore. §. fi. de furt. ff.
f l. i. ff. vi bo. rap.
g d. l. i.
h l. ii. §. hoc interdicto J. eo. titu.
i d. l. vnica verſi. quo in genere. C. quando ciuil. act.
k d. l. vnica. Bart. in. l. ii. §. i. ff. vi bo. rap.
l Azo in ſuma. C. q̃ñ ciuil. act.
m l. interdum. ff. de pub. iud.
n d. verſi. quo in genere.
o Bar. in. d. l. interdum. §. qui furẽ. ff. de furt.
p Iaſ. in princip. de actio. inſti.
q gl. d. §. qui furẽ.

caſum eſſe adſerũt, rationem autem ex Accurſio [a] eam eſſe, qui depræhenſum furem ad iudicem deducit, inciuiliter, extraordinario modo, & contumelioſe agit, id circoque quadruplici compendio priuatur, tanquam huiuſmodi deductio iuſtæ legitimæque pœnæ loco ſit, aut certe pœnæ pars, exemplo eius qui diutius in reatu fuit, cuius propterea pœna ſubleuanda eſt. [b] Quaſi vero honeſtius aut minori ignominia furem ad iudicem deducat apparitorum familia, hoc eſt nequã, fortaſſe triobolares, iniquique homines, præhenſos inſultare, indigniſque modis tractare ſoliti, quam is eiuſve familia cui furtum factum eſt, nullam hæc ratio rationem habet. Dico igitur in hac quoque ſpecie & cõdictionẽ & actionẽ furti dari, denique & extraordinem furem caſtigandum. Iam non obſtat iureconſulti reſponſum, [c] in cuius intellectu Barto. poſt Accurſium deceptus eſt, proptereaque illud verius enarremus. In eo igitur duo a doctoribus quæruntur. Prius eſt, quomodo licuit ei qui furem depͪhendit ad iudicem deducere, nam manum iniiciendo, ſuoque iure vtẽdo videbatur ius quodcunque proſequẽdi amittere. Hæc Accurſius, [d] verum hæc obiectio inepta eſt, non enim qui furem ad iudicem deducit contra diui Marci decretum, [e] aut imperatoris conſtitutionem [f] facit, nec temere rei ſuæ poſſeſſionẽ ipſe occupat, quin imo propter hoc ipſum ad iudicẽ deducit, vt per eũ repoſcat, Cõgruentius eodem loco obiicit Accurſius, [g] neminem ſine iudicis ſententia exhibendum eſſe. [h] Verum huic regulæ locus eſt, cum reus nec in crimine flagranti depræhenſus eſt, nec de fuga ſuſpectus, nam his caſibus ſecus eſt, id quod etiam vſu receptum adprobatumq; videmus. Nam nemo recte atque ordine in carcerẽ cõiicitur, nõ præcedẽte elogio, (quam informationem vocamus) niſi in crimine flagranti deprehẽdatur, aut de fuga ſuſpectus ſit, [i] nõ eſt igitur dubium, licere vnicuique ad

[a] gl. d. §. qui furẽ.

[b] l. ſi diuturno. ff. de pœnis.

[c] in. d. §. qui furẽ

[d] gl. i ver. dãnato

[e] extat de eo quod met. cauſ. ff.

[f] l. ſi quis in tantã C. vnde vi.

[g] gl. in. d. §. qui furem.

[h] l. ſi. C. de exhi. re.

[i] Iaſ. late in. l. ſi. ff de iuſſor. §. ſi. quiſa tiſd. cog. ff.

quem ea res pertinet, depræhéſum furē ad iudicem dedu cere. Id quod ſatis innuit iureconſultus, tum in ſupradi cto reſponſo,[a] tum alibi,[b] idem quoque cenſuit Accurſius.[c] Etenim ſi ſuſpectum de fuga debitorem licet creditori compræhēdere,[d] & ad iudicē deducere, quātoma gis furem? Si furem noctu depræhēſum etiam telo ſe nō defendentem, interdiu vero ſi ſe telo defendat interficere lex duode. tabu. permiſit: dum tamen vtroque caſu cū clamore teſtificatio adſit,[e] quanto magis illæſum intactumque, ad iudicem deducere? Quare exiſtimauerim vnicuique ad quem ea res pertinet, licere propria authoritate in delinquentem depræhenſum manus iniicere, & ad iudicem mox deducere, ne priuatus carcer committatur.[f] Quandoquidem fortius cenſuit Bartolus, liberū eſſe iis omnibus qui ad accuſandum admittuntur, quos accuſare licet, præhendere, quamuis id mihi ſuſpectum ſit,[g] niſi ſuperioribus caſibus. Quare mirari ſatis nō poſſum Iaſ.[h] exiſtimaſſe, eum qui depræhenſum furem ad iudicem ipſe deducit, legitimum quadrupli propterea lucrum amittere, cum enim id legitime (vt iam probatū eſt) fiat, extra pœnam eſt.[i] Alterū de quo doctores quærunt, eſt, quomodo damnato fure reſtitutaque re furtiua, actio furti ſublata eſſe poteſt? Et ſane ſublata non eſt, neq; enim furti actionem ſublatā eſſe ait,[k] ſed quæſtionē, furti autē quæſtio nō eſt latine loquētibus actio, ſed criminalis inquiſitio,[l] hinc iudex quæſtionis, qui de re cri minali cognoſcit, quærere īformare eſt, quæq; dē & huiuſ modi ſimilia apud do. Budæū reperias, quæſtiōes p̄terea pro tormentis eruendæ extorquendæque veritatis gratia adhibitis, in iure ſumimus,[m] pro actione autem nuſq̄ opinor. Quā autē congrue hoc ſenſu quæſtio in ſupradicto reſponſo accipiatur, & ſpecies facti, & verba vbiq; aperiūt: nullo igitur caſu actio furti criminalē accuſatio nē cōſumit, quia in ea de re familiari agitur.

a ❡ qui furem.
b l. ſiquis in ſeruitutē de fur. ff.
c glo. in. d. l. ſi.
d glo. in princi. de act. inſt. vbi Iaſ. gl. c. i. ❡ i. de pace iur. firm. in vſibus ſeudorū in verb. poteſtatem gl. in ❡ neceſſitatē in verbo detineri. in autē. vt iud. ſinequoq. ſuff. Col. ii.
e l. iiii. ad. l. Aquil. l. ſi pignore ❡ furem de furt. ff.
f l. i. C. de priuat. carcer.
g d. l. ſi. C. de exhi. re.
h Iaſ. in princi. de act. inſti.
i l. gracchus. C. ad leg. Iul. de adulte.
k in. d. ❡ qui furē.
l l. i. ❡ p̄terea. ad l. Cor. de ſiccar. ff.
m In rubr. de quæſtionibus. ff.

Digitized by Google

I Quæ ſit actio in qua de re familiari agi dicitur.

Caput decimumſeptimum.

Postremo igitur explicandũ paucis eſt, quæ ſit actio, in qua de re familiari agi dicitur. Et quidem cũ res familiaris nihil aliud ſit quam patrimoniũ noſtrum, ea erit quæ patrimonii ipſius actoris ius, cauſſamque tuetur, proficiſciturque ex cauſſa ſolius patrimonii ipſius actoris, pecuniarium (vt ita dicam) intereſſe reſpicientis, quales ſunt omnes actiones pœnales, quæ in duplum, triplum, quadruplumve conceptæ ſunt,[a] actori enim conceduntur, quia patrimonio eius damnum datum, aut vt daretur ſatactum[b] eſſe proponitur, nõ quia perſonæ, famæ, alicuive alii rei quam patrimonio, iniuria cõtumeliave facta eſſe dicatur. Puta furti actio, aut cõdictio, aut vi bono. rapt. quod metus cauſſa, in factum ex titulo de calumniatoribus, legis Aquiliæ actio, ſolum patrimoniũ ipſius actoris reſpiciunt, nemo enim ex his obligatur, quia perſonæ nocere, ſed quia patrimonio actoris damnum attulerit aut adferre ſategerit: & ex cauſſa patrimonii actoris proficiſci manifeſtũ eſt. At iniuriarum actio, quanuis ciuiliter intentata, ius patrimonii actoris cauſſamque nõ tuetur, nec ratione rei familiaris datur, quod hinc colligere licet, quia etſi patrimonio noſtro reus nec damnum dederit, nec dare voluerit, nihilominus in eum hæc actio competit, vt propter conuicium, aut incuſſum colaphum, aut etiã ſiquis verberauerit, pulſauerit, aut libellũ famoſũ ſcripſerit,[c] propter quæ nihil patrimonio noſtro noceri ſatactum ſit, non igitur patrimonium, ſed perſonam tuetur hæc actio. Id quod etiã ex Ciceronis oratione pro Aulo Cecinna colligi facile poteſt. Iniuria-

a §.oẽs. vſque ad §. actionũ. inſt. de act.

b l. i, de calũ. ff.

c l. itẽ apud labeonẽ §. ait p̃tor. l. lex Corneli. in princ. & in fine. ff. de iniuriis.

Digitized by Google

rum (inquit) non ſolum egeris, verum etiam condemnaris licet, nunquid magis poſſidebis? Actio enim iniuriarum non ius poſſeſſionis aſſequitur, ſed dolorem imminutæ libertatis, iudicio, pœnaq; mitigat. Similiter, ſepulchri violati actionem rem familiarem actoris nõ tueri hinc deprahendimus, quia etiam ei cuinullum damnum datũ eſt, nec dari potuit, datur, puta extraneo cuicunque.[a] Idem de termini moti actione, idem eadem ratione de populari in factum actione, quæ vnicuique ob corruptum prætoris album cõceditur,[b] hæ enim actiones etiam iis conceduntur quorum nihil intereſt agere, aut quibus nullũ in re familiari damnum datum eſt, aut dari potuit: continent igitur vltionem.[c] Itaque aliud eſt actionem rei perſecutionem continere, aut ad rem familiarem pertinere, ſiquidem actio furti rei perſecutionem non continet,[d] pertinet tamẽ ad rem familiarẽ.[e] Quid autem dicemus de in factũ actione, ex altero capite prætorii edicti, de his qui deiec. vel effud.[f] Nam ante quod cunque damnum datum cuiuis populariter conceditur. Sane in ea de re familiari agitur, nã ideo cuiuis cõceditur, quia damnũ cuicũq; quod adpẽſum eſt ſupra eum locum qua vulgo iter fit aut in quo conſiſtitur, adferre poteſt. At inquies liberæ perſonæ etiam minatur, id quod nec ad patrimonium, nec rem familiarem pertinere dici poteſt. Verũ cum libero nocitum eſſe proponitur, damnum hoc quaſi patrimonio adlatum metimur, exemplo legis Aquiliæ actionis, cum iniuria damnum libero homini datum dicitur, quod hinc adparet, quia non quanti perſona libera depreciata ſit, æſtimatur (quæ res fieri nõ poteſt, cum nullam æſtimationem libera perſona recipiat)[g] ſed operarum & impẽſarum pro curatione factarum (quæ iam ad patrimonium pertinent) æſtimatio habetur.[h] Propterea que ait iurecconſultus, ſi libero no-

a l. ſepulchri violati actio. ff. de ſep. viol.

b l. ſiquis id quod ff. de iuriſd.

c d. l. ſepulchri. l. 5. tor. §. i. de iniu. ff. l. ſi familia. ff. de iuriſdict.

d §. ex maleficiis de actio inſt.

e l. infamem. ff. de pub. iud. l. vnica. C quãdo ciuil. act.

f l. ſi vero plures. §. prætor ait. ff. de his qui deiec. vel effud.

g l. 5. §. ſed cũ liber ff. eo. tit.

h l. qua actione. ff. ad leg. Aquil.

citum ſit, in factum actionem ex bono & æquo dari, nulla enim mero iure competit, quippe quæ propter damnum modo pecuniarium conceditur, [a] quod liberi hominis perſona recipere non poteſt. Igitur vt ſummatim dicã ea actio ad rem familiarem pertinere dicitur, quæ propter pecuniarium damnum quod actori adlatum eſt, aut vt adferretur ſatiſfactum eſt, competit. Vt qui furtum paſſus eſt damnum paſſus eſt, & ex ea cauſſa illi datur actio furti, pertinet igitur hæc actio ad rem familiarem. At extraneus quicunq; ſepulchri violati aut termini moti ciuiliter agens, nullum ex ea cauſſa damnum pecuniarium prætendere poteſt, inde colligimus ad rem familiarem eam actionẽ non pertinere. Hactenus igitur (præſul clariſſime) habes, quid ſit ciuiliter quod criminaliter agere, quid actio, crimen, accuſatio, quid ſit extra ordinem agere, quid extraordinarium iudicium, quæ ſit recta delictorum diuiſio, quot modis publicum dicatur iudicium, quæ, quot numero ſint publica iudicia, cur ea publica dicantur, quæ ſint priuata delicta, cur priuata dicantur, quid ſit crimen extraordinarium, cur extraordinarium dicatur, quid ſtellionatus, quomodo reipublicæ interſit maleficia puniri, quomodo iure ciuili ex maleficiis agatur, quomodo moribus noſtris, quæ ſit actio in qua de re familiari agatur, ac per horum occaſionẽ plurima, quæ quidem omnia quam parum recte a doctoribus noſtris antehac definita declarataque ſint, eorum ſit iudicium, qui in illorum commentariis aſſidue verſantur. Parua ſunt hæc fateor, ſed ſine quibus maioribus non eſt locus, & tamen ea ipſa non mediocri labore aſſecutus ſum, adeo de his quæ perperam prius tradita ſunt, aut prætermiſſa, rectius quicquam primum conſtituere difficile eſt: neque enim mediocris ea res eſt tum ſtudii, tum iudicii, atque etiam ingenii, quæ tamen

a l.l.eo.tit.

Digitized by Google

ne mediocra quidem in me eſſe ſentio. Maius poſt hac quicquam (Deo optimo maximo bene fauente) a me fortaſſe accipies, ſi forenſia negotia permiſerint. Interim autem hæc tibi nó ingrata fore ſpero, qui omnia pro innata illa tua humanitate, æqui boni que ſoles conſulere.

FINIS.

Digitized by Google

DO. PHILIBERTO
BABOO, ANGOLISMENSI
epiſcopo Io. Gillotus. S.

SOlent qui de iure publice reſponſuri ſunt paradoxa proponere, eorumque, etiam ſi falſa illa ipſa iudicauerint, defenſionẽ ſuſcipere: nonnullis ingenii gratiã inde ſperantibus, vt qui tantum eruditionis ſuæ ſpecimẽ aliquod exhibere cupiũt, aliis vero etiam vtilitatem quærentibus, vt qui publicũ iuris profitendi munus ambiunt. Ego vero neque in gratiã ingenii mei, ſed in tuam vnius, neque in rem quamcunq; meam, ſed in publicam ſtudioſorum vtilitatẽ diſputanda hæc problemata propono. Vt quoniam in ea iuris noſtri parte quæ ad obligationes actioneſq; pertinet, interpretes noſtri tota via (pace id omnium dixerim) errare mihi quidem videntur, earum rerum veritas inueſtigari, inueniri, aut etiam inuenta reſtitui poſſit. Itaque etſi quæ profiteor a communi potius ſenſu, quam a communi iuris profeſſorum omnium cenſura abhorrere primum fortaſſe cuique videbuntur, ego tamen illa omnia tam vera tamque recta eſſe bona fide iudico, ac pro iis propono, quam his contraria pro veris rectiſq; ab omnibus hactenus tradita receptaque ſunt. Quare diſputationem hanc fœliciſſimis nominis tui auſpiciis (clariſſime præſul) ſuſcipio, vt quẽadmodum tu veritatis amantiſſimus es., ita qui mecum congreſſuri ſunt, veritatis quam cõtentionis ſtudio magis teneantur, Vale.

In ſecundum caput de Rer.permut.in antiq.

Cócluſióes. 1 Permutatio innominata iuris gentium conuentio eſt, ſic & donatio quocunque iure innominata eſt.

Corollaria 1 Inita permutatio ante rei traditioné nullá obligationem, ne naturalem quidem parit, ſimiliter nec ex innominatis conuentionibus ante côuentionis implementum vlla, ne naturalis quidem obligatio naſci poteſt.

2 Donatio noua conſtitutione confirmata, legitima facta eſt, ideoque actionem parit, non tamen propterea nominata cenſenda eſt.

2 Qui donauit ante rei traditionem non naturaliter ſed ciuiliter tantum tenetur, & tamen cum effectu.

3 Permutatio quemadmodum & donatio, etiam a conuentione nomen accipit, nam ante quamcunque rei traditionem & donatum & permutatum eſſe recte dicitur, In anonymis autem reciprocis côtractibus fruſtra quæritur, vtrum a forma ineundæ an implendæ conuentionis denominentur, a neutra enim denominantur.

3 Conuenta permùtatio re demũ ab alterutra parte ſecuta initiũ obligationi præbet, nam antea ne naturalem quidem parit: & tamen nõ ex rei traditione, ſed ex ipſa côuẽtione obligatio naſcitur.

4 Ex innominata facio vt des conuentione non minus præſcriptis verbis actio, quã ex cæteris anonymis iiſdemque reciprocis contractibus, datur, quemadmodum nec minus ex facio vt facias quã ex facio vt des de dolo competit.

4 Etiamſi actori nihil abſit, reo vero nihil adſit, nó propterea de dolo ex ſupraſcripta conuentione facio vt des naſcitur actio, quemadmodum nec

mera pœna ea dicitur. Nam & ſiquis ius dicenti nō obtemperauerit, datur actori cui aliquid abeſt in factum actio meram pœnam continens.

5 Generaliter ex nuda pactione quamlibet æqua iuſtaque, & quamlibet contrahentes conſentiant, obligationem aliquam vel naturalem naſci impoſſibile eſt, niſi forte cōtractui ex continenti adpoſita, aut ſpecialiter lege aliqua confirmata ſit, vt conſtitutæ pecuniæ conuentio, de quibus nullum dubium eſt.

5 Hactenus igitur toto cœlo mundoque erratū eſt, cum naturalem obligationem ex quocūque nudo conſenſu naſci ab omnibus traditum receptumque eſt.

6 Ex ſolis iuris gentium contractibus, & quidem iure ciuili non cōfirmatis, quales ſunt emptio, locatio, mutuum, commodatum, depoſitum, &c. naturalis obligatio naſci poteſt, eaque iure ciuili confirmata, ciuilis ſimul efficitur, non tamē duæ ſunt, ſed vna eademque natura ac ſuſtantia, quemadmodum naturalis poſſeſſio iure ciuili confirmata, ciuilis eadem efficitur, non autem diuerſa re ac ſubſtantia.

6 Qui fundo abeſt nō minus naturaliter eū ipſum fundum poſſidet, quam ſi vel pedibus in eo conſiſtat, nec fieri poteſt vt duo rem eandē ſimul poſſideant, ſiue vnus naturaliter tantum alter ciuiliter, ſiue vtroque modo, quanuis vnus eam ipſam rem poſſidere poſſit, cuius alter poſſeſſionē animo retineat.

7 Pupillus ex iuris gentiū contractibus ſine tutoris authoritate naturaliter etiamſi locupletior factus non ſit obligatur, præter quam ex mutui acceptione, ex qua quantumlibet is cōſentiat, aut quid agat geratve probe recteque intelligat, ne naturaliter quidem tenetur, niſi fortaſſe quatenus locupletior factus eſſet.

Digitized by Google

7 Ideoque ſi maior factus mutuũ quo locupletior factus non eſt ſoluerit, cõdicet quaſi indebitum, ſecus ſi ex cæteris contractibus ſoluerit.

8 Ex contractibus iure ciuili aut introductis aut confirmatis, ex teſtamentis, iudiciis, aut maleficiis naſcentes actiones, ſola ciuili, aut prætoria ſola ſuſtinẽtur obligatione. Nam quicquid iure ciuili introductũ aut cõfirmatum eſt, ſolam ciuilem obligationem non autem naturalẽ parere poteſt, quod vero iure prætorio, prætoriam ſolam.

8 Fruſtra tantopere quæritur an literarum obligationi ante bienniũ naturalis inſit obligatio, nunquam enim ineſt, quemadmodum nec in ſtipulatione, Sic nec naturalis nec ciuilis obligatio ex conſtituta pecunia naſcitur, ſed prætoria ſola, quæ tametſi nil niſi nuda cõuentio ſit, actionem tamen producit.

9 Pupillus, ſeruus, is cui bonis lege interdictum eſt, & cæteri qui iure ciuili non obligantur, ex iuris ciuilis contractibus ſine tutoris curatoriſve authoritate, obligari nullo modo ne naturaliter quidem poſſunt.

9 Ideoque ſi pupillus maior factus quod ſtipulanti ſpoponderat, aut cuicunque impubes donauerat, tradiderit, condicet quaſi indebitum.

10 Tã impoſſibile eſt ex duabus re ac ſubſtantia diuerſis obligationibus, naturali ac ciuili, aliquam actionem produci quam ex nulla, nequis miretur cum de diffinienda aut pariunda obligatione, aut ex ea producenda actione, in iure noſtro ſermo eſt, obligationis verbum ſingulariter ſemper efferri.

10 Impoſſibile eſt naturalem obligationẽ quocunque pacto tolli, remanẽte quocũq; modo ciuili.

11 Si pactum de non petendo factum fuerit, atque hoc amplius reus in iure abſolutus ſit, nec pactũ nec ſen-

tētia, nec ſingula nec cōiuncta: actionē aut eius actionis obligationē vllā tollere vel elidere poſſunt, quinimo, nec ſi his lōgi tēporis præſcriptio acceſſerit: q̄uis ſolo pacto naturalis tātū obligatio ipſo iure tollatur.

11 Tantum abeſt vt pactum de non petendo naturalem obligationē tollat, ciuilem elidat, & præterea actorem naturaliter obliget, vt horum nihil omnino efficere poſſit. Sic & impoſſibile eſt acceptilationem, obligationem naturalem vllam producere, quamuis in forma peccans iure pacti valeat, Itaque euenit vt ſolutum ab eo qui & naturaliter & ciuiliter obligatus eſt adhuc, quaſi indebitum condicatur, quāuis naturalis tātum obligatio cōdictionē impediat, nec id quidem ſemper.

12 Verum debitorem quāuis iniuſte in iure abſolutum, naturaliter tātum obligatum remanere impſſibile eſt, ſed naturaliter & ciuiliter ſimul, aut ciuiliter aut prætorie tantum obligatum permanere neceſſarium eſt.

12 Falſiſſimum eſt quod ab omnibus ſine cōtrouerſia traditur, iuriſdictione ſiue ſententia ciuilem obligationem ipſo iure tolli.

13 Pactum contractui in continenti adpoſitum nudum eſt, nec coherentia contractus veſtitur.

13 Pactorum vnicum eſt veſtimentum, Cauſſa ſiue præſtatio, hoc eſt conuentionis implementum: nec vera eſt Bartoli diffinitio, pactū nudū id eſſe tradētis, quod ſtat in meris finibus cōuētionis.

14 Pactum nudum contractui bonæ fidei ex continenti adpoſitum ineſt, & actionē informat, ſtricti vero iudicii contractibus ineſt, non tamen informat.

14 Ex pacto ſtricti iuris contractui coherente, non eadem actio quæ ex ipſo contractu naſcitur, Sic nec ſtipulatio naturam eius contractus cui ad-

ponitur imitatur.

15 Pactorum quædam informant alia reformant, eaque ipſa nuda eſſe neceſſarium eſt: pacto autem contractus transformari non poteſt.

15 Pactum contractui mandati diu etiam poſt ſuſceptum mandatum primum, quaſi ex continenti adpoſitum informat. ſic l. qui negotia. ff. mãdati.

16 Pactum conditionali contractui coherens ineſt, quod ſi pure adiectum ſit actionem non expectata cõditione in quam cõtractus collatus eſt producet, quamuis ex ipſo contractu ante conditionis euẽtum nulla naſcatur obligatio.

16 Huic emptioni (ſi nauis intra proximas calẽdas venerit, ſtichus tibi centum emptus ſit) adpoſitũ pactum vt interim ſtichi periculum ad emptorẽ pertineat, mortuo ante conditionis euẽtum ſticho, (imo & ſi conditio poſtea defecerit) illico agi poteſt.

17 Pactum contractui ex continenti adpoſitum actionẽ producit, interdum præſcriptis verbis, interdum eam quæ ex ipſo contractu oritur, nõ tamen vtranque ſed alteram tantum, interdum nullam.

17 Decem mutuis datis adiectũ pactũ vt vndecim reddantur, quamuis iure ciuili vſurarium nõ ſit, nullam tamen actionem producit, ſic & in depoſito, quia vtrunque re perficitur.

18 Qui annuam alterius rei quam pecuniæ penſionem præſtationemve emit, quãuis precium multo minus quam legitimum ſit, vera tamen emptio eſt, nec iure ciuili vſurarius is contractus eſt.

18 Conſtitutio annui eiuſdemque pecuniarii reditus ex pecunia numerata proficiſcentis, etiãſi in ſingulos centenos nũmos inque ſingulos annos ſinguli nummi cõſtituãtur, incertus eſt iure ciui-

Digitized by Google